www.e-rara.ch

Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Leipzig, 1494

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-45129

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Nr. 4
f. 1

Publij Virgilij Ma
ronis Eneidos Libri duodecim.

Eneidos

¶Que cõtineant duodecim Eneidos libri.

PRimus habet libycam veniant vt troes in vrbem
Edocet excidium troie clademq; secundus.
Tercius a troia vectos canit equore teucros.
Quartus item misere duo vulnera narrat eliſſe.
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores
Eneam memorat viſentem tartara ſextus.
In phrigas italiam bello iam ſeptimus armat.
Dat ſimul enee ſocios octauus:et arma.
Daunius expugnat nono noua menia troie.
Exponit decimus tuſcoꝝ in littore pugnas.
Undecimo rutuli ſupantur morte camille.
Ultimus imponit bello turni nece finem.

¶Que primo Eneidos libro cõtineantur:

ENeas primo libies appellitur oris
Vir magnus bello nulli pietate ſecundus
Eneas odijs iunonis preſſus inique
Italiam querens ſiculis errauit in vndis.
Jactatus tandem libye peruenit ad oras.
Ignaruſq; loci fido comitatus achate
Indicio matris regnum cognouit eliſſe.
Quinetiam nebula ſeptus pueuit ad vrbem:
Arreptoſq; vndis ſocios cum claſſe recepit
Hoſpicioq; vſus didonis cuncta benigne
Excidium troie iuſſus narrare parabat.

Liber primus.

Publij Virgilij Maronis

Eneidos liber primus.

Ille ego qui quondã gracili modulatus auena
Carmen: et egressus siluis vicina coegi:
Ut quãuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia martis
Arma virumq; cano troie qui primus ab oris
Italiam fato profugus lauinaq; venit
Littora: multum ille et terris iactatus et alto
Vi superum: seuę memorem iunonis ob iram
Multa quoq; et bello passus dum cõderet vrbem
Inferretq; deos latio: genus vnde latinum
Albanię patres: atq; alte menia rome:
Musa mihi causas memora quo numine leso:
Quidue dolens regina deum tot voluere casus
Insignem pietate virum: tot adire labores
Impulerit: tante ne animis celestibus ire
Vrbs antiqua fuit tyrij tenuere coloni
Karthago: italiam contra tyberinaq; longe
Hostia: diues opum: studijsq; asperrima belli

Eneidos

Quam iuno fertur terris magis omnibus vnam
Posthabita coluisse samo|hic illius arma:
Hic currus fuit:hoc regnum dea gentibus esse
Si qua fata sinant:iam tum tenditq; fouetq;
Progeniem sed enim troiano a sanguine duci
Audierat tyrias olim que verteret arces:
Hinc populum late regem:belloq; superbum
Venturum excidio lybie:sic volvere parcas.
Id metuens:veteriscq memor saturnia belli
Prima quod ad troiam pro caris gesserat argis:
Necdum etiam cause irarum:sevique dolores
Exciderant animo:manet alta mente repostum
Judicium paridis:spretiq; iniuria formę:
Et genus invisum:et rapti ganimedis honores.
His accensa sup iactatos equore toto
Troas relliquias danaum:atq; immitis achilli
Arcebat longe latio:multosq; per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tante molis erat romanam condere gentem:
Vix e cõspectu sicule telluris in altum

Liber primus.

Vela dabant leti: et spumas salis ere ruebant:
Cum iuno eternum seruans sub pectore vulnus
Hec secum: me ne incepto desistere victam:
Nec posse italia teucrorum auertere regem
Quippe vetor fatis: pallas ne exurere classem
Argiuum: atq; ipsos potuit submergere ponto
Unus ob noxam: et furias aiacis oili.
Ipsa iouis rapidum iaculata e nubibus ignem.
Disiecitq; rates: euertitq; equora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit: scopuloq; infixit acuto.
Ast ego que diuum incedo regina: iouisq;
Et soror: et coniunx: una cum gente tot annos
Bella gero: et quisquã numen iunonis adorat.
Preterea aut supplex aris imponit honorem:
Talia flammato secum dea corde volutans
Nymbos in patriã loca feta furentibus austris
Aeoliam venit: hic vasto rex eolus antro
Luctantes ventos: tempestatesq; sonoras
Imperio premit: ac vinclis: et carcere frenat:

Eneidos

Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsa sedet eolus arce
Sceptra tenēs: mollitq; animos: et temperat iras
Ni faciat: maria ac terras: celumq; profundum.
Quippe ferant rapidi secum: verrantq; per auras
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris
Hoc metuens: molemq; et montes insup altos
Imposuit: regemq; dedit qui federe certo
Et premere: et laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum iuno supplex his vocibus vsa est.
Eolen amq; tibi diuū pater: atq; hominum rex
Et mulcere dedit fluctus: et tollere vento
Gens inimica mihi tyrrhenum nauigat equor
Ilium in italiam portans: victosq; penates:
Incute vim ventis: submersasq; obru puppes
Aut age diuersas: et disice corpora ponto.
Sunt mihi bis septē prestanti corpore nymphe
Quarum que forma pulcherrima deiopeiam
Connubio iungam stabili: propriamq; dicabo
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos

Liber primus.

Exigat: et pulchra faciat te prole parentem.

Eolus hec contra: tuus o regina quid optes

Explorare labor: mihi iussa capessere fas est:

Tu mihi quodcūq; hoc regni: tu sceptra iouemq;

Concilias: tu das epulis accumbere diuum:

Nymborumq; facis: tempestatumq; potentem.

Hec vbi dicta cauum cōuersa cuspide montem

Impulit in latus: ac venti velut agmine facto.

Qua data porta ruunt: et terras turbine perflant

Incubuere mari: totumq; a sedibus imis

Una eurusq; notusq; ruunt: creberq; procellis

Africus: et vastos volvunt ad littora fluctus

Insequitur clamorq; virum stridorq; rudentum

Eripiunt subito nubes: celumq; diemq;

Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra

Intonuere poli: et crebris micat ignibus ether

Presentemq; viris intentant omnia mortem

Extemplo enee soluuntur frigore membra

Ingemit: et duplices tendens ad sydera palmas

Talia voce refert: o terq; quaterq; beati

Eneidos

Quis ante ora patrum troie sub menibus altis
Contigit oppetere:o danaum fortissime gentis
Tydide me ne iliacis occumbere campis
Non potuisse:tuaq; animã hãc effundere dextra
Seuus vbi eacide telo iacet hector :vbi ingens
Sarpedon vbi tot symois correpta sub vndis
Scuta virum:galeasq;:et fortia corpora voluit.
Talia iactanti stridens aquilone procella:
Velum aduersa ferit:fluctusq; ad sydera tollit:
Franguntur remi:tum proza auertit:et vndis
Dat latus insequit cumulo preruptus aque mons
Hy summo in fluctu pendent:his vnda debiscens
Terram inter fluctus aperit:furit estus harenis.
Tris notus arreptas in saxa latentia torquet:
Saxa vocant itali: medijsq; in fluctibus aras
Dorsum immane mari summo:tris eurus ab alto
In breuia:et syrtes vrget:miserabile visu
Illiditq; vadis:atq; aggere cingit harene:
Unam que lycios:fidumq; vehebat orontem
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus.

Liber primus.

In puppim ferit: excutitur pronusq; magister
Uoluitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circū: et rapidus vorat equore vortex
Apparent rari nantes in gurgite vasto
Arma virum: tabulæq; et troia gaza per vndas
Jam validam ilionei nauem: iam fortis achate
Et qua vectus abas: et qua grandeuus alethes
Uicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicū imbrem. rimisq; fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum
Emissamq; hyemē sensit neptunus: et imis
Stagna refusa vadis: grauiter cōmotus: et alto
Prospiciens summa placidum caput extulit vnda.
Disiectam enee toto videt equore classem.
Fluctibus oppressos troas. celiq; ruina
Nec latuere doli fratrem iunonis: et ire.
Eurū ad se zephirūq; vocat: de hinc talia fatur
Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri
Jam celum terramq; meo sine numine venti
Miscere: et tantas audetis tollere moles

Maturare fugam frezchen gelt geby

Eneidos

Duos ego: sed motos prestat cõponere fluctus:
Post mihi non simili pena cõmissa luetis.
Maturate fugam regiq; hec dicite vestro
Non illi imperium pelagi: seuũq; tridentem
Sed mihi sorte datum: tenet ille immania saxa
Vestras eure domos: illa se iactet in aula
Eolus: et clauso ventorum carcere regnet:
Sic ait et dicto citius tumida equora placat
Collectasq; fugat nubes: solemq; reducit.
Cymothoe Cymothoe simul: et triton annixus acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti
At vastas aperit syrtes: et temperat equor:
Atq; rotis summas leuibus perlabitur vndas.
Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est
Seditio: seuitq; animis ignobile vulgus:
Iamq; faces et saxa volant: furor arma ministrat
Tum pietate grauẽ ac meritis si forte virum quẽ
Conspexere silent: arrectisq; auribus astant:
Ille regit dictis animos et pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor: equora postq;

furor arma ministrat

Liber primus.

Prospiciens genitor :celoqꝫ inuectus aperto
Flectit equos curruqꝫ volās dat lora secundo :
Defessi eneade que proxima littora cursu
Cōtendunt petere:et libie vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur inqꝫ sinus scidit sese vnda reductos.
Hinc atqꝫ hinc vaste rupes:geminiqꝫ minantur
In celum scopuli:quorum subuertice late
Equora tuta silent. tum siluis scena coruscis
Desup horrentiqꝫ atrum nemus imminet vmbra:
Frōte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
Intus aque dulces viuoqꝫ sedilia saxo
Nymphaꝝ domus:hic fessas nō vincula naues
Ulla tenent:vnco non alligat anchora morsu.
Huc septem eneas collectis nauibus omni
Ex numero subit:ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur troes harena:
Et sale tabentes artus in littore ponunt.
Ac primum silicis scintillam excudit achates:

Suſcepitq; ignem foliis. atq; arida circum
Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flãmam:
Tunc cererem corruptam vndis: cerealiaq; arma
Expediunt feſſi rerum: frugeſq; receptas
Et torrere parant flammis: et frangere ſaxo
Eneas ſcopulum interea cõſcendit: et omnem
Proſectum late pelago petit: antea ſiquem
Jactatum vento videat: phrigiasq; biremes
Aut capyn: aut celſis in puppibus arma cayci.
Nauem in conſpectu nullam: tris littore ceruos
Proſpicit errãtes: hos tota armenta ſequuntur.
A tergo: et longum per valles paſcitur agmen.
Conſtitit hic arcũq; manu celereſq; ſagittas
Corripuit: fidus que tela gerebat achates.
Ductoreſq; ipſos primum capita alta ferentes
Cornibus arboreis ſternit: tum vulgus et oẽm
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbã.
Nec prius abſiſtit: quam ſeptem ingentia victor
Corpora fũdat humi: et numerũ cũ nauibus equet
Hinc portum petit: et ſocios partitur in omnes

Liber primus.

Una bonus que deinde cadis onerarat aceſtes
Littore trinacrio: dederat que abeuntibus heros.
Diuidit: et dictis merentia pectora mulcet.
O ſocij neq; enim ignari ſumus ante malorꝫ
O paſſi graniora: dabit deus his quoq; finem
Vos et ſcilleam rabiem penituſq; ſonantes
Accestis ſcopulos: vos et cyclopea ſaxa
Experti: reuocate animos: meſtumq; timorem
Mittite: forſan et hec olim meminiſſe iuuabit:
Per varios caſus: per tot diſcrimina rerum
Tendimus in latium: ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere troye.
Durate: et voſmet rebus ſeruate ſecundis:
Talia voce refert: curiſq; ingentibus eger
Spem vultu ſimulat: premit altū corde dolorem
Illi ſe prede accingunt: dapibuſq; futuris.
Tergora diripiunt coſtis: et viſcera nudant.
Pars in truſta ſecāt verubuſq; trementia figunt.
Littore ahena locāt alij: flammaſq; miniſtrant.
Tum victu reuocant vires: fuſiq; per herbam

Implentur veteris bacchi: pinguisq; ferine
Postq; exempta fames epulis: mensaq; remote
Amissos longo socios sermone requirunt
Spemq; metumq; inter dubij. seu viuere credant
Siue extrema pati: nec iam exaudire vocatos:
Precipue pius eneas: nunc acris oronti
Nunc amici casum gemit: et crudelia secum
Fata lyci: fortemq; gian: fortemq; cloantum.
Et iam finis erat: cum iuppiter ethere summo
Despiciens mare veliuolum: terrasq; iacentes
Littoraq; et latos populos: sic vertice celi
Constitit et lybie defixit lumina regnis
Atq; illum tales iactantem pectore curas
Tristior et lachrimis oculos suffusa nitentis
Alloquitur venus: o qui res hominūq; deumq;
Eternis regis imperijs: et fulmine terres:
Quid meus eneas in te cōmittere tantum:
Quid troes potuere: quibus tot funera passis
Cunctus ob italiam terrarum clauditur orbis.
Certe hinc romanos olim voluentibus annis

Hinc fore ductores reuocato a sanguine teucri:
Qui mare:qui terras omni ditione tenerent
Pollicitus:que te genitor sententia vertit.
Hoc equidem occasum troie:tristisq; ruinas
Solabar fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quē das finem rex magne laborum
Antenor potuit medijs elapsus achiuis
Illiricos penetrare sinus:atq; intima tutus
Regna liburnorum:et fontem superare timaui
Unde per ora nouem vasto cū murmure montis.
It mare preruptū:et pelago premit arua sonanti
Hic tamen ille vrbem pataui:sedesq; locauit
Teucrorum:et genti nomen dedit armaq; fixit
Troia:nunc placida compostus pace quiescit.
Nos tua progenies: celi quibus annuis arcem
Nauibus infandum amissis vnius ob iram
Prodimur:atq; italis longe disiungimur oris.
Hic pietatis honos.sic nos in sceptra reponis.
Olli subridens hominum fator atq; deorum

Uultu quo celum tempestatesq; serenat
Oscula libauit nate: deinde hinc talia fatur.
Parce metu cytherea: manent immota tuoꝝ
Fata tibi cernes vrbem et promissa lauini
Menia: sublimemq; feres ad sydera celi
Magnanimum eneam neq; me sententia vertit
Hic tibi fabor enim quãdo hec te cura remordet
Longius et voluens fatorum arcana mouebo
Bellum ingens geret italia: populosq; feroces
Contundet: moresq; viris: et menia ponet:
Tertia dum latio regnantem viderit estas
Ternaq; transierit rutilis hiberna subactis.
At puer ascanius: cui nunc cognomen iulo
Additur: ilus erat dum res stetit ilia regno
Triginta magnos volvendis mensibus orbes
Imperio explebit: regnumq; a sede lauini
Transferet: et longam multa vi muniet albam
Hic iam tercentem totos regnabitur annos
Gente sub hectorea: donec regina sacerdos
Marte grauis geminã partu dabit ilia prolem.

Inde lupe fuluo nutricis tegmine letus
Romulus excipiet gentem: et mauortia condet
Moenia: romanosq; suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum: nec tempora pono
Imperium sine fine dedi: quin aspera iuno
Que mare nunc terrasq; metu celumq; fatigat
Concilia in melius referet: mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos gentemq; togatam
Sic placitum: veniet lustris labentibus etas
Cum domus assarici phthiam: clarasq; micenas
Seruitio premet: ac victis dominabitur argis:
Nascetur pulchra troianus origine cesar
Imperium oceano: famam qui terminet astris
Julius a magno demissum nomen iulo
Hunc tu olim celo spolijs orientis onustum
Accipies secura: vocabitur hic quoq; votis
Aspera tum positis mitescent secula bellis
Cana fides: et vesta remo cum fratre quirinus
Jura dabunt: dire ferro: et compagibus arctis
Claudentur belli porte: furor impius intus

Seua sedens sup arma:et centū vinctus abenis
Post tergū nodis:fremet horridus ore cruento:
Hec ait et maie genitum demittit ab alto.
Ut terre:vtq; noue pateant carthaginis arces
Hospicio teucris:ne fati nescia dido
Finibus arceret:volat ille per aera magnum
Remigio alarum:ac lybie citus astitit oris:
Et iam iussa facit:ponuntq; ferocia peni
Corda volente deo:in primis regina quietum
Accipit in teucros animū mentemq; benignam.
At pius eneas per noctem plurima volens:
Ut primum lux alma data est exire:locosq;
Explorare nouos:quas vento accesserit oras:
Qui teneant:nam inculta videt hoies ne fere ne
Querere constituit:socijsq; exacta referre.
Classem in cōuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circū.atq; horrentibus vmbris
Occulit:ipse vno graditur comitatus achate
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obuia silua

Liber primus.

Virginis os:habitumq; gerens:et virginis arma
Spartane:vel qualis equos threissa fatigat
Harpalice:volucremq; fuga preuertitur ebrum
Hãq; humeris de more habilẽ suspenderat arcum.
Uenatrix:dederatq; comam diffundere ventis
Nuda genu:nodoq; sinus collecta fluentis.
At prior heus inquit iuuenes monstrate meaꝝ
Uidistis si quam hic errantem forte sororum.
Succinctam pharetra:et maculose tegmine lyncis
Aut spumantis apri cursum clamore prementem
Sic venus:et veneris contra sic filius ortus.
Nulla tuarum audita mihi:neq; visa sororum.
O quã te memorẽ virgo :nãq; haud tibi vultus.
Mortalis:nec vox hoiem sonat:o dea certe.
An phebi soror:an nymbarum sanguinis vna.
Sis felix nostrumq; leues quẽcũq; laborem
Et quo sub celo tandem quibus orbis in oris
Jactemur doceas:ignari hominumq; locorumq;
Erramus vento huc vastis et fluctibus acti:
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra:

Tum venus haud equidē tali me dignor honore.
Virginibus tyriis mos est gestare pharetram:
Purpureoq; alte suras vincire cothurno.
Punica regna vides:tyrios et agenoris vrbem.
Sed fines lybici genus intractabile bello.
Imperium dido tyria regit vrbe profecta
Germanum fugiens:longa est iniuria:longe
Ambages:sed summa sequar fastigia rerum
Huic coniunx sicheus erat ditissimus agri.
Phenicum:et magno misere dilectus amore:
Cui pater intactam dederat:primisq; iugarat
Ominibus:sed regna tyri germanus habebat
Pygmalion scelere ante alios immanior omnes:
Quos inter medius venit furor:ille sicheum
Impius ante aras atq; auri cecus amore
Clam ferro incautum superat securus amorum
Germane:factumq; diu celauit:et egram
Multa malus simulans vana spe lusit amantem
Ipsa sed in somnis inhumati venit ymago
Coniugis:ora modis attollens pallida miris

Liber primus.

Crudelis aras: traiectaq; pectora ferro
Nudauit: cecid̃q; domus scelus omne retexit
Tum celerare fugam patriaq; excedere suadet:
Auxiliumq; vie veteres tellure recludit
Thesauros ignotum argenti pondus: et auri
His cõmota fugam dido sociosq; parabat.
Cõueniunt: quibus aut odium crudele tyranni:
Aut metus acer erat: naues que forte parate:
Corripiunt onerantq; auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago dux femina facti:
Deuenere locos: vbi nunc ingentia cernes
Menia surgentemq; noue carthaginis arcem.
Mercatiq; solum facti de nomine byrsam
Taurino quãtum possent circundare tergo:
Sed vos qui tandẽ: quibus aut venistis ab oris:
Quoue tenetis iter: querenti talibus ille
Suspirans. ymoq; trahens a pectore vocem:
O dea si prima repetens ab origine pergam
Et vacet annales nostroq; audire laborum.
Ante diem clauso componet vesper olympo.

Nos troia antiqua si vestras forte per aures
Troie nomen & diuersa per equora vectos
Forte sua libicis tempestas appulit oris.
Sum pius eneas: raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum. fama super ethera notus.
Italiã quero patriam: et genus ab ioue summo
Bis denis phrygium conscendi nauibus equor
Matre dea monstrante viam data fata secutus:
Uix septem cõuulse vndis euroq; supersunt.
Ipse ignotus. egens libie deserta peragro.
Europa atq; asia pulsus. nec plura querentem
Passa venus medio sic interfata dolore est.
Quisq; es: haud credo inuisus celestibus auras
Uitales carpis: tyriam qui aduenis vrbem.
Perge modo: atq; hinc te regine ad limina pfer.
Namq; tibi reduces socios: classemq; relatam
Nuncio: et in tutum versis aquilonibus actam
Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Aspice bissenos letantes agmine cignos:
Ethera quos lapsa plaga iouis ales aperto

Liber primus.

Turbabat celo:nunc terras o:dine longo
Aut capere:aut captas iam despectare videntur
Ut reduces illi ludunt stridentibus alis:
Et cetu cinxere polum:cantusq; dedere
Haud aliter puppesq; tue pubesq; tuorum
Aut portum tenet:aut pleno subit hostia velo
Perge modo:et qua te ducit via dirige gressum.
Dixit:et auertens rosea ceruice refulsit:
Ambrosieq; come diuinum vertice odorem
Spirauere:pedes vestis defluxit ad imos.
Et vera incessu patuit dea:ille vbi matrem
Agnouit tali fugientem est voce secutus.
Quid natum totiẽs crudelis tu quoq; falsis
Ludis ymaginibus:cur dextre iungere dextrã
Non datur:ac veras audire at reddere voces:
Talibus inculsat:gressumq; ad menia tendit.
At venus obscuro gradientes aere sepsit:
Et multo nebule circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos:neu quis contingere possit:
Moliri ve moram:et veniendi exquirere causas

Ipsa paphum sublimis abit: sedesq; revisit
Laeta suas ubi templum illi: centumq; sabeo
Thure calent arae: sertisq; recentibus halant:
Corripuere viam interea. qua semita monstrat:
Jamq; ascendebant collem qui plurimus urbi
Imminet adversasq; aspectat desuper arces
Miratur molem eneas magalia quondam:
Miratur portas: strepitumq; et strata viarum.
Instant ardentes tyrii: pars ducere muros
Molirique arcem: et manibus subvolvere saxa
Pars optare locum tecto: et concludere sulco:
Jura magistratusq; legunt sanctumq; senatum
Hic portus alii effodiunt: hic alta theatri
Fundamenta locant alii immanesq; columnas
Rupibus excidunt scenis decora alta futuris:
Qualis apes estate nova per florea rura
Exercet sub sole labor: cum gentis adultos:
Educunt fetus: aut cum liquentia mella
Stipant: et dulci distendunt nectare cellas.
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto

Liber primus.

Ignauum fucos pecus a presepibus arcent
Feruet opus: redolentq; thymo fragrantia mella
O fortunati quorum iam menia surgunt
Eneas ait: et fastigia suspicit vrbis
Infert se septus nebula mirabile dictu
Per medios: miscetq; viris neq; cernitur vlli
Lucus in vrbe fuit media letissimus vmbra
Quo primum iactati vndis: et turbine peni
Effodere loco signum: quod regia iuno
Monstrarat caput acris equi sic: nam fore bello
Egregiam: et facilem victu per secula gentem
Hic templum iunoni ingens sydonia dido
Condebat donis opulentum: et numine diue.
Aerea cui gradibus surgebant limina: nexeq;
Aere trabes. foribus cardo stridebat abenis.
Hoc primum in luco noua res oblata timorem
Lenit: hic primum eneas sperare salutem
Ausus: et afflictis melius confidere rebus
Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo
Reginam opperiens: dum que fortuna sit vrbi:

Eneidos

Artificumq; manus inter se:operumq; labores
Miratur videt iliacas ex ordine pugnas.
Bellaq; iam fama totum vulgata per orbem
Atridas priamūq;: et seuum ambobus achillem
Cōstitit: et lachrimās ḳs iā locus inquit achates:
Que regio in terris nostri non plena laboris:
En priamus: sunt hic etiam sua premia laudi
Sunt lachrime rerū: et mentem mortalia tangūt
Solue metus: feret hec aliquā tibi fama salutem
Sic ait: atq; animum pictura pascit inani.
Multa gemens largoq; bumectat flumine vultū
Namq; videbat vti bellantes pergama circum
Hac fugerent graij: premeret troiana iuuentus
Hac phryges: instaret curru cristatus achilles
Nec procul hinc rbesi niueis tentoria velis
Agnoscit lachrimans primo que prodita somno
Tydides multa vastabat cede cruentus:
Ardentesq; auertit equos in castra: priusq;
Pabula gustassent troie: cantumq; bibissent.
Parte alia fugiens amissis troilus armis

Liber primus.

Infelix puer atq; impar congressus achilli
Fertur equis: curruq; heret resupinus inani
Lora tenens: tibiq; cruor cristisq; comesq; trahuntur
Per terram: et versa pulvis inscribitur hasta.

Interea ad templum non eque palladis ibant
Crinibus iliades passis: peplumq; ferebant
Suppliciter tristes: et tunse pectora palmis
Diua solo fixos oculos aversa tenebat.
Ter circum iliacos raptaverat hectora muros
Exanimumq; auro corpus vendebat achilles:
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo
Ut spolia: ut currum: utq; ipsum corpus amici:
Tendentemq; manus priamum conspexit inermes

Se quoq; principibus permixtum agnovit achivis
Eoasq; acies: et nigri memnonis arma.
Ducit amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens: mediisq; in millibus ardet
Aurea subnectens exerte cingula mamme
Bellatrix: audetq; viris concurrere virgo:

Hec dum dardanio enee miranda videntur

Eneidos

Dum stupet: obtutuq; heret defixus in vno:
Regina ad templum forma pulcherrima dido
Incessit magna iuuenum stipante caterua.
Qualis in eurote ripis aut per iuga cynthi
Exercet diana choros: quã mille secute
Hinc atq; hinc glomerãtur oreades: illa pharetram
Fert humero: gradiensq; deas supereminet omnes
Latone tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat dido: talem se leta ferebat
Per medios instãs operi: regnisq; futuris
Tum foribus diue: media testudine templi
Septa armis: solioq; alte subnixa resedit.
Iura dabat: legesq; viris: operumq; laborem
Partibus equabat iustis: aut sorte trahebat:
Tum subito eneas cõcursu accedere mãgno:
Anthea: sergestumq; videt: fortemq; cloanthum:
Teucrorumq; alios: ater quos equore turbo
Dispulerat: penitusq; alias aduexerat oras.
Obstupuit simul ipse: simul perculsus achates.
Leticiaq;: metuq; auidi cõiungere dextras

Liber primus.

Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Dissimulant: et nube cava speculantur amicti.
Que fortuna viris: classem quo littore linquant:
Quid veniant: cuncti nam lecti navibus ibant.
Orantes veniam: et templum clamore petebant.
Postq̃ introgressi: et coram data copia fandi.
Maximus Ilioneus placido sic pectore cepit.
O regina nouam: cui condere Iupiter vrbem.
Justicia q̃ dedit gentes frenare superbas:
Troes te miseri ventis maria omnia vecti.
Oramus: prohibe infandos a nauibus ignes.
Parce pio generi: et pias res aspice nostras.
Non nos aut ferro libycos populare penates.
Venimus: aut raptas ad littora vertere predas.
Non ea vis animo: nec tanta superbia victis.
Est locus hesperiam graij cognomine dicunt.
Terra antiqua potens armis: atq̃ vbere glebe.
Enotrij coluere viri: nunc fama minores.
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.
Hic cursus fuit. cc iij

Eneidos

Cum subito assurgens fluctu nymbosus orion
In vada ceca tulit: penitusq; procubus austris:
Perq; undas superante salo: perq; inuia saxa
Dispulit: huc pauci vestris adnauimus oris.
Quod genus hoc hoim: q̃ vehũc tã barbara morẽ
Permittit patria: hospicio prohibemur harene
Bella cient: primaq; vetant consistere terra
Si genus humanum: et mortalia temnitis arma
At sperate deos memores fandi: atq; nefandi.
Rex erat eneas nobis: quo iustior alter
Nec pietate fuit: nec bello maior: et armis.
Quem si fata virum seruant: si vescitur aura
Aetherea: nec adhuc crudelibus occubat vmbris
Non metus: officio nec te certasse priorem
Poeniteat: sunt et siculis regionibus vrbes:
Armaq; troianoq; a sanguine clarus acestes:
Quassatam ventis liceat subducere classem
Et siluis aptare trabes: et stringere remos:
Si datur italiam sociis et rege recepto
Tendere: vt italiam leti: latiumq; petamus.

Liber primus.

Sin absumpta salus: et te pater optime teucrū:
Pontus habet lybie: nec spes iam restat iuli
Ad freta siccanie saltem: sedesq; paratas
Unde huc aduecti: regemq; petamus acestem
Talibus ilioneus: cuncti simul ore fremebant
Dardanide.
Tum breuiter dido vultum demissa profatur
Soluite corde metum teucri: secludite curas.
Res dura: et regni nouitas me talia cogunt
Moliri: et late fines custode tueri.
Quis genus eneadum: quis troie nesciat vrbem
Virtutesq; virosq; aut tanti incendia belli.
Non obtusa adeo gestamus pectora peni.
Nec tam auersus equos tyria sol iungit ab vrbe
Seu vos hesperiam magnam saturniaq; arua:
Siue ericis fines: regemq; optatis acestem
Auxilio tutos dimittam: opibusq; iuuabo.
Vultis et his mecum pariter consistere regnis
Urbem quā statuo vestra est: subducite naues
Troasq; tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.

Oratio didonis

Atq; vtinam rex ipse noto compulsus eodem
Afforet et eneas equidem per littora certos
Dimittam: et libije lustrare extrema iubebo
Siquibus eiectus siluis: aut vrbibus errat.
His animum arrecti dictis et fortis achates
Et pater eneas iamdudum erumpere nubem
Ardebant/prior eneam compellat achates.
Nate dea que nunc animo sententia surgit.
Omnia tuta vides: classem socioscq; receptos.
Unus abest medio in fluctu quem vidimus ipsi
Summersum/dictis respondent cetera matris.
Uix ea fatus erat: cum circūfusa repente
Scindit se nubes: et in etbera purgat apertum.
Restitit eneas: claraq; in luce refulsit
Os humeroscq; deo similis: nāq; ipsa decoram
Cesariem nato genitrix: lumenq; iuuente
Purpureum: et letos oculis afflarat bonores:
Quale manus addunt eburi decus/aut vbi flauo
Argentum: pariusue lapis circūdatur auro.
Tunc sic reginam alloquitur: cunctisq; repente

Liber primus.

Improuisus ait: coram quem queritis adsum
Troius eneas libicis ereptus ab vndis
O sola infandos troie miserata labores:
Que nos reliquias danaum terrecq; mariscq
Omnibus exaustos iam casibus omniū egenos:
Urbe domo socias grates persoluere dignas
Non opis est nostre dido: nec quicquid vbicq est
Gentis dardanie: magnumq sparsa per orbem
Dij tibi si qua pios respectant numina: si quid
Usquā iusticie est: et mens sibi cōscia recti
Premia digna ferant: que te tam leta tulerunt
Secula: qui tanti talem genuere parentes.
Infreta dum fluuij current: dum montibus vmbrae
Lustrabunt: cōuexa polus dum sydera pascet:
Semp honos: nomenq tuū: laudesq manebūt
Que me cunq vocant terre: sic fatus amicum
Ilionea petit dextra: leuaq seresтum.
Post alios: fortemq gygam: fortemq cloanthum
Obstupuit primo aspectu sidonia dido:
Casu deinde viri tanto: et sic ore locuta est.

Eneidos

Quis te nate dea per tot pericula casus
Insequitur: que vis immanibus applicat oris:
Tu ne ille eneas: quem dardanio anchise
Alma venus phrygij genuit simoentj ad vndam.
Atqz equidem teucrum memini sydona venire
Finibus expulsum patrijs noua regna petentem
Auxilio beli: genitor tunc belus opimam
Vastabat cyprum: et victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis
Troianę nomenqz tuum: regesqz pelasgi:
Ipse hostis teucros insigni laude ferebat
Seqz ortum antiqua teucrorum a stirpe volebat.
Quare agite o tectis iuuenes succedite nostris
Me quoqz per multos similis fortuna labores
Jactatam hac demum voluit consistere terra
Non ignara mali miseris succurrere disco.
Sic memorat: simul enean in regia ducit
Tecta simul diuum templis indicit honorem:
Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti tauros magnorum horrentia centum

Liber primus.

Terga suū: pingues centum cū matribus agnos

Munera leticiamq; dei:

At domus interior regali splendida luxu

Instruitur: mediisq; parant conuiuia tectis.

Arte laborate vestes: ostroq; superbo:

Ingens argentum mensis celataq; in auro

Fortia facta patrum: series longissima rerum

Per tot ducta viros antique ab origine gentis.

Eneas (neq; enim patrius consistere mentem

Passus amor) rapidū ad naues premittit achatē

Aschanio ferat hec: ipsumq; ad menia ducat

Omnis in ascanio chari stat cura parentis.

Munera preterea iliacis erepta ruinis

Ferre iubet pallam signis auroq; rigentem:

Et circum textum croceo velamen acantho.

Ornatus argiue helene: quos illa mycenis:

Pergama cum peteret incōcessosq; hymeneos

Extulerat matris lede mirabile donum

Preterea sceptrum ilione quod gesserat olim

Maxima natarum priami: colloq; monile

Bacchatum|et duplicem gemmis:auroq; coronã.
Hec celerans iter ad naues tendebat achates.
At cytherea nouas artes:noua pectore versat
Consilia:vt faciem mutatus:et ora cupido
Produlci ascanio veniat doniscq furentem
Incendat reginam.atq; ossibus implicet ignet.
Quippe domũ timet ambiguã tyriosq bilingues
Urit atrox iuno:et sub noctem cura recursat:
Ergo bis aligerum dictis affatur amorem.
Nate mee vires:mea magna potentia solus
Nate patris summi qui tela typhea temnis
Ad te confugio:et supplex tua numina posco
Frater vt eneas pelago tuus omnia circum
Littoria iactetur odijs iunonis inique
Nota tibi et nostro doluisti sepe dolore.
Hunc phenissa tenet dido blandisq moratur
Vocibus:et vereor quo se iunonia vertant
Hospicia|haud tanto cessabit cardine rerum
Quo circa capere ante dolis et cingere flamma
Reginã meditor:ne quo se numine mutet:

Liber primus.

Sed magno enee mecum teneatur amore:
Qua facere id possis nostram nunc accipe mentem
Regius accitu cari genitoris ad vrbem
Sidoneam puer ire parat: mea maxima cura
Dona ferens pelago: et flammis restantia troie
Hunc ego sopitum somno super alta cythera:
Aut super idalium sacrata sede recondam.
Nequa scire dolos: medijsue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo: et notos pueri puer indue vultus
Ut cum te gremio accipiet letissima dido
Regales inter mensas laticemq; lyeum
Et dabit amplexus: atq; oscula dulcia figet
Occultum inspires ignem: fallacq; veneno
Paret amor dictis chare genitricis: et alas
Exuit: et gressu gaudens incedit iuli
At venus ascanio placidam per membra quietem:
Irrigat: et fotum gremio dea tollit in altos
Idalie lucus: vbi mollis amaracus illum
Floribus: et dulci aspirans complectitur vmbra.

Jamq; ibat dicto parens: et dona cupido
Regia portabat tyrijs duce letus achate
Cum venit auleis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda: mediamq; locauit
Jam pater eneas: et iam troiana iuuentus
Conueniunt: strato q; super discumbitur ostro
Dant manibus famuli limphas cereręq; canistris
Expediunt tonsisq; ferunt mantilia villis
Quinquaginta intus famule: q̃bus ordine lõgo
Cura penum struere: et flammis adolere penates.
Centũ alie: totidemq; pares etate ministri:
Qui dapibus onerent: mensas: et pocula ponãt
Nec non et tyrij per limina leta frequentes
Conuenere toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona enee: mirantur iulum
Flagrantisq; dei vultus: simulataq; verba.
Pallamq; et pictum croceo velamen acantho.
Precipue infelix pesti deuota future
Expleri mentem nequit: ardescitq; tuendo
Phenissa: et puero pariter donisq; mouetur.

Liber primus.

Ille vbi complexu ence colloq; pependit:
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem
Reginam petit: hec oculis: pectore toto
Heret: et interdum gremio fouet insscia dido
Insideat quantus miserę deus at memor ille
Matris acidalie paulatim abolere sichęum
Incipit: et viuo tentat prevertere amore
Jam pridem resides animos: desuetaq; corda:
Postq; prima quies epulis mensęq; remote
Crateras magnas statuunt: et vina coronant
Fit strepitus tectis: vocemq; perampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi et noctem flammis funalia vincunt.
Hinc regina grauem gemmis auroq; poposcit
Impleuitq; mero pateram: quam belus: et omnes
A belo soliti: tum facta silentia tectis.
Juppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc letum tyriisq; diem troiaq; profectis
Esse velis nostrosq; huius meminisse minores:

Eneidos

Adsit leticie bacchus dator: et bona iuno

Et vos o cetum tyrij celebrate fauentes:

Dixit: et in mensa laticum libauit honorem:

Primaq libato summotenus attigit ore.

Tum bitie dedit increpitans ille impiger hausit

Spumantem pateram: et pleno se proluit auro:

Post alij proceres citara crinitus iopas

Personat aurata docuit que maximus atlas

Hic canit errantem lunam solisq labores

Unde hominū genus et pecudes: vñ imber et ignes

Arcturum: pluuiasq hyadas: geminosq triones.

Quid tantum oceano properent se tingere soles

Hiberni: vel que tardis mora noctibus obstet:

Ingeminant plausum tyrij: troesq sequuntur

Necnon et vario noctem sermone trahebat

Infelix dido longumq bibebat amorem.

Multa sup priamo rogitans: super hectore multa

Nunc quibus aurore veniisset filius armis

Nunc quales diomedis equi: nunc quantus achilles

Liber secundus.

Immo age et a prima dic hospes origine nobis

Insidias inquit danaum: casusq; tuorum

Erroresq; tuos: nam te iam septima portat

Omnibus errantem terris: et fluctibus estas.

Funera dardanie narrat: fletusq; secundo.

Que Secundo Eneidos Libro contineantur.

Onticuere oēs tunc sic fortissimus heros

Fata recensebat troie casusq; suorum:

Fallaces graios: simulata dona minerue:

Laocontis penā: et laxantem claustra synonem

Somnū quo monitus acceperat hectoris atrum

Jam flammas celi: troum: patriecq; ruinas:

Et regis priami fatum miserabile semper

Impositumq; patrem collo: dextraq; prehensum

Alcanium: frustra tergum comitante Creusa.

Ereptam hanc fato socios in monte repertos.

Publij Virgilij Maro Eneidos Liber secundus.

Eneidos

Onticuere omnes: intenticq; ora tenebãt.

Inde toro pater eneas sic ordsus ab alto:

Infandũ regina iubes renouare dolorem

Troianas vt opes: et lamentabile regnum

Eruerint danai: quecq; ipse miserrima vidi

Et quorum pars magna fui: quis talia fando

Myrmidonũ: dolopum ve: aut duri miles vlixi

Temperet a lachrimis: et iam nox humida celo

Precipitat: suadentq; cadentia sydera somnos:

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros:

Et breuiter troie supremum audire laborem.

Quãq; animus meminisse horret: luctuq; refugit.

Incipiam fracti bello: fatisq; repulsi

Ductores danaum: tot iam labentibus annis

Instar montis equum diuina palladis arte

Edificant: sectaq; intexunt abiete costas:

Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.

Huc delecta virum sortiti corpora furtim

Includunt ceco lateri penituscq; cauernas

Ingentes: vterumq; armato milite complent.

Liber secundus.

Est in conspectu tenedos notissima fama
Insula diues opum: priami dum regna manebãt.
Nunc tantum sinus: et statio malefida carinis.
Huc se prouecti deserto in littore condunt.
Nos abijsse rati: et vento petisse mycenas.
Ergo omnis longo soluit se teucria luctu.
Panduntur portę: iuuat ire et dorica castra:
Desertosq; videre locos: littusq; relictum:
Hic dolopũ manus: hic seuus tendebat achilles:
Classibus hic locus: hic acies certare solebant.
Pars stupet innupte donum exitiale minerue:
Et molem mirantur equi: primusq; thymetes
Duci intra muros hortatur: et arce locari.
Siue dolo seu iam troie sic fata ferebant.
At capis: et quorum melior sententia menti:
Aut pelago danaum insidias suspectaq; dona
Precipitare iubent: subiectisq; vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri et tentare latebras:
Scinditur incertum studia in cõtraria vulgus:
Primus ibi ante ois magna comitãte caterua

Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul o miseri quae tanta insania ciues.
Creditis auectos hostes:aut vlla putatis
Dona carere dolis danaum:sic notus vlixes.
Aut hoc inclusi ligno occultantur achiui:
Aut hec in nostros fabricata est machina muros
Inspectura domos venturaq; desup vrbi.
Aut aliquis latet error:equo ne credite teucri.
Quicquid id est:timeo danaos et dona ferentes.
Sic fatus validis ingentem viribus hastam
In latus inq; feri curuam compagibus aluum
Contorsit:stetit illa tremens:uteroq; recusso
Insonuere cauae gemitumq; dedere cauernae.
Et si fata deum:si mens non leua fuisset:
Impulerat ferro argolicas foedare latebras.
Troiaq; nunc stares:priamiq; arx alta maneres
Ecce manus iuuenē interea post terga reuinctū
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanide:qui se ignotum venientibus vltro
Hoc ipsum vt strueret:troiamq; aperiret achiuis

Liber secundus.

Obtulerat fidens animi: atq; in vtrumq; paratus
Seu versare dolos: seu certe occũbere morti.
Undiq; visendi studio troiana iuuentus
Circũfusa fuit: certantq; illudere cepto.
Accipe nunc danaum insidias: et crimine ab vno
Disce omnes:
Namq; vt conspectu in medio turbatus inermis
Constitit atq; oculis phrygia agmina circũspexit
Heu que nũc tellus inquit: que me equora possunt
Accipere: aut quid iam misero mihi deniq; restat:
Cui neq; apud danaos vsquã locus insup ipsi
Dardanide infensi penas cum sanguine poscunt
Quo gemitu cõuersi animi: cõpressus et omnis
Impetus: hortamur fari quo sanguine cretus:
Quid ve ferat: memoret que sit fiducia capto.
Illebec deposita tandem formidine fatur.
Cuncta equidem tibi rex (fuerit quodcũq;) fatebor
Uera inquit: neq; me argolica de gente negabo.
Hoc primum: nec si misserum fortuna synonem
Finxit: vanum etiam mendacemq; improba finget.

Fando aliquid: si forte tuas peruenit ad aures
Bellide nomen palamedis: et inclita fama
Gloria: quem falsa sub proditione pelasgi
Insontem infando indicio quia bella vetabat
Demisere neci: nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem et consanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis
Dum stabat regno incolumis: regnumque vigebat
Consiliis: et nos aliquod nomenque decusque
Gessimus: inuidia postquam pellacis vlixi
Haud ignota loquor: superis concessit ab oris
Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam.
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens et me fors si qua tulisset:
Si patrios vnquam remeassem victor ad argos:
Promisi vltorem: et verbis odia aspera moui:
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper vlixes
Criminibus terrere nouis: hinc spargere voces
In vulgum ambiguas: et querere conscius arma
Nec requieuit enim donec calchante ministro,

Liber secundus.

Sed quid ego hec aũt ne quicq̃ ingrata reuoluo:

Quid ve mo zo: si oẽs vno ordine habeꝫ achiuos

Idq̃ audire sat est: iamdudum sumite penas:

Hoc ithacus velit: et magno mercẽtur atride.

Tum vero ardemus scitari: et querere causas

Ignari scelerum tantorum: artisq̃ pelasge.

Prosequitur pauitans: et ficto pectore fatur.

Sepe fugam danai troia cupiere relicta

Molliri: et longo fessi discedere bello.

(Fecissentq̃ vtinam) sepe illos aspera ponti

Intercluſit hyems: et terruit auster euntes.

Precipue cũ iam hic trabibus contextus acernis

Starẽ equus: toto sonuerunt ethere nymbi.

Suspensi euripilum scitatum oracula phebi

Mittimus: isq̃ aditis hec tristia dicta reportat.

Sanguine placastis ventos et virgine cesa

Cum primum iliacas danai venistis ad oras:

Sanguine querendi reditus: animaq̃ litandum

Argolica vulgi que vox vt venit ad aures

Obstupuere animi: gelidusq̃ per ima cucurrit

Ossa tremor: cui fata parent: quem poscat apollo
Hic ithacus vatem magno calchanta tumultu
Protrahit in medios: quae sint ea numina diuum
Flagitat: et mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus: et taciti ventura videbant.
Bis quinos silet ille dies: tectusq; recusat
Prodere voce sua quēquam aut opponere morti.
Vix tandem magnis ithaci clamoribus actus
Compositio rupit vocem: et me destinat arae.
Assensere omnes: et quae sibi quisq; timebat:
Unius in miseri exicium conuersa tulere.
Iamq; dies infanda aderat mihi sacra parari:
Et falsae fruges: et circum tempora vittae
Eripui fateor leto me: et vincula rupi.
Limosoq; lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui dum vela darent: si forte dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquā spes vlla videndi
Nec dulces natos: exoptatumq; parentem:
Quos illi fors ad penas ob nostra reposcent
Effugia: et culpam hanc miseroꝝ morte piabunt.

Liber secundus.

Quod te per superos et conscia numina veri
Persiqua est que restat adhuc mortalibus vsquã
Intemerata fides.oro :miserere laborum
Tantorum:miserere animi non digna ferentis:
His lachrimis vitã damus:et miserescimus vltro
Ipse viro primus manicas atq; arcta leuari
Vincla iubet priamus dictisq; ita fatur amicis.
Quisquis es amissos hinc iã obliuiscere graios.
Noster eris:mihiq; hec edissere vera roganti.
Quo molẽ hãc immanis equi statuere:cs auctor :
Quidue petũt:que religio aut que machina belli.
Dixerat ille dolis instructus et arte pelasga
Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas.
Vos eterni ignes:et non violabile vestrum
Testor numen ait:vos are ensesq; nefandi:
Quos fugi:vittesq; deum quas hostia gessi :
Fas mihi graiorum sacrata resoluere iura.
Fas odisse viros:atq; omnia ferre sub auras
Siqua tegunt: teneor patrie nec legibus vllis
Tu modo promissis maneas:seruataq; serues

Eneidos

Troia fidem: si vera feram: si magna rependam.
Omnis spes danaum et cepti fiducia belli
Palladis auxilijs semp stetit: impius ex quo
Tydides: sed enim scelerumq; inuentor vlixes
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium celsis summę custodibus arcis
Corripuere sacrã effigiem: manibusq; cruentis
Uirgineas ausi diue contingere vittas.
Ex illo fluere ac retro sub lapsa referri
Spes danaum: fracte vires auersa dee mens
Nec dubijs ea signa dedit tritonia monstris
Uix positis castris simulacrum arsere corusce
Luminibus flamine arectis: salsusq; per artus
Sudor ijt: terq; ipsa solo mirabile dictu
Emicuit: parmãq; ferens: hastamq; trementem
Extemplo tentanda fuga canit equora calchas:
Nec posse argolicis excindi pergama telis
Omnia ni repetant argis: numenq; reducant
Quod pelago et curuis secum aduexere carinis
Et nunc quod patrias vento petiere micenas

Liber secundus.

Arma deosq; parant comites: pelagoq; remenſo
Improuiſi aderunt: ita digerit omnia calchas
Hanc pro palladio moniti pro lumine leſo
Effigiem ſtatuere: nefas que triſte piaret:
Hāc tamen immenſam calchas attollere molem
Roboribus textis: celoq; educere iuſſit:
Neu recipi portis: aut duci in menia poſſit:
Neu populum antiqua ſub religione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona minerue
Tum magnū exitium (qđ dij prius omen in ipſum
Conuertant) priami imperio phrigibuſq; futurū
Sin manibus veſtris veſtrā aſcendiſſet in vrbē.
Ultro aſiam magno pelopeia ad menia bello
Venturam: et noſtros ea fata manere nepotes.
Talibus inſidijs periurioq; arte ſynonis
Credita res: captiq; dolis lachrimiſq; coacti
Quos neq; tydides: nec lariſſeus achilles:
Non anni domuere decem: non mille carine
Hic aliud maius miſeris multoq; tremendum
Obijcitur magis: atq; improuida pectora turbat

Laocoon ductus neptuno sorte sacerdos

Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.

Ecce autem gemini a tenedo tranquilla per alta

(Horresco referens)immensis orbibus angues

Incumbunt pelago :pariterq; ad littora tendunt:

Pectora quorum inter fluctus arrecta iubeq;

Sanguinee superant vndas:ps cetera pontum

Pone legit:sinuatq; immensa volumine terga

Fit sonitus spumante salo iamq; arua tenebant

Ardentesq; oculos suffecti sanguine et igni

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Diffugimus visu exangues:illi agmine certo.

Laocoonta petunt:et primum prava duorum

Corpora natorum serpens amplexus vterq;

Implicat:et miseros morsu depascitur artus

Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem

Corripiunt: spirisq; ligant ingentibus: et iam

Bis medium amplexi:bis collo squamea circum

Terga dati superant capite:et cervicibus altis.

Ille simul manibus tendit diuellere nodos.

Perfusus sanie vittas atroq; veneno:
Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
Qualis mugitus fugit cum saucius aram
Taurus: et incertam excussit cervice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt: sevecq; petunt tritonidis arcem
Sub pedibusq; dee: clypeiq; sub orbe teguntur:
Tum vero tremefacta novus p pectora cunctis
Insinuat pavor: et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt: sacrum qui cuspide robur
Lesserit: et tergo sceleratam intorserit hastam:
Ducendum ad sedes simulacrum: orandaq; dive
Numina conclamant
Dividimus muros: et menia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi: pedibusq; rotarum
Subjiciunt lapsus: et stupea vincula collo
Intendunt scandit fatalis machina muros
Feta armis: pueri circum innupteq; puelle
Sacra canunt: funemq; manu contingere gaudent.
Illa subit: mediq; minans illabitur vrbi.

Eneidos

O patria o diuum domus ilion et inclita bello
Menia dardanidum: quater ipso in limine porte
Substitit: atq; vtero sonitū quater arma dederūt.
Instamus tamen immemores ceciq; furore.
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce:
Tunc etiam fatis aperit cassandra futuris
Ora dei iussu non vnquā credita teucris.
Nos delubra deum miseri quibus vltimus esset
Ille dies festa velamus fronde per vrbem.
Uertitur interea celum et ruit oceano nox
Inuoluens vmbra magna terramq; polumq;
Mirmidonumq; dolos: fusi per menia teucri
Conticuere sopor fessos complectitur artus.
Et iam argiua phalanx instructis nauibus ibat
A tenedo tacite per amica silentia lune
Littora nota petens: flāmas cum regia puppis
Extulerat: fatisq; deum defensus iniquis
Inclusos vtero danaos et pinea furtim
Laxat clausstra sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus: letiq; cauo se robore promunt

Liber secundus.

Thersandrus: sthenelusq; duces: et dirus vlixes
Demissum lapsi per funem athamasq; thoasq;
Pelidesq; neptolemus: primusq; machaon
Et menelaus: et ipse doli fabricator epeus.
Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam.
Ceduntur vigiles: portisq; patentibus omnes
Accipiunt socios: atq; agmina conscia iungunt
Tempus erat quo prima quies mortalibus egris
Incipit: et dono diuum gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mestissimus hector
Visus adesse mihi: largosq; effundere fletus
Raptatus bigis vt quondam aterq; cruento
Puluere: perq; pedes traiectus lora tumentes
Ei mihi qualis erat: quãtum mutatus ab illo
Hectore: qui redit exuuias indutus achilli
Vel danaum phrygios iaculatus puppibus ignes
Squallentem barbã: et cõcretos sanguine crines
Vulneraq; illa gerens que circum plurima muros
Accepit patrios: vltro flens ipse videbar
Compellare virum: et mestas expromere voces

O lux dardanie: spes o fidissima teucrum
Que tante tenuere mora: quibus hector ab oris
Expectate venis: vt te post multa tuorum
Funera: post varios hominūq; vrbisq; labores.
Defessi aspicimus. que causa indigna serenos
Fedauit vultus: aut cur hec vulnera cerno.
Ille nihil: nec me querentem vana moratur
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens.
Heu fuge nate dea: teq; his ait eripe flammis
Hostis habet muros: ruit alto a culmine troia.
Sat patrie: priamoq; datum: si pergama dextra
Defendi possent: etiam hac defensa fuissent.
Sacra suosq; tibi cōmendat troia penates.
Hos cape fatorum comites: his menia quere
Magna pererrato statues que denique ponto.
Sic ait: et manibus vittas: vestamq; potentem
Eternumq; aditis effert penetralibus ignem:
Diuerso interea miscentur menia luctu:
Et magis: atq; magis: quāquā secreta parentis
Anchise domus arboribusq; obtecta recessit:

Liber secundus.

Clarescunt sonitus armorumq; ingruit horror
Excutior somno:et summi fastigia tecti
Ascensu superoq; arrectis auribus asto.
In segetem veluti cum flamma furentibus austri
Incidit:aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros:sternit sata leta boumq; labores:
Precipitesq; trahit siluas stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor
Tum vero manifesta fides:danaumq; patescunt
Insidie iam:deiphebi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus:iam proximus ardet
Ucalegon:sygea igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq; virum:clangorq; tubarum:
Arma amens capio:nec sat rationis in armis.
Sed glomerare manū bello.et cōcurrere in arcē
Cum socijs ardent animi:furor:iraq; mentem
Precipitant:pulchrumq; mori succurrit in armis
Ecce autem telis pānthus elapsus achiuum
Panthus otriades arcis phebiq; sacerdos
Sacra manu victosq; deos:parvumq; nepotem

Comparatio ad similia

Ipse trabit: cursusq; amens ad limina tendit.
Quo res summa loco panthu: quā prendimus arcē
Uix ea fatus eram: gemitu cum talia reddit
Uenit summa dies (et ineluctabile tempus
Dardanie: fuimus troes: fuit ilium et ingens
Gloria teucrorum: ferus omnia iupiter argos
Transtulit incensa danai dominantur in vrbe
Arduus armatos mediis in menibus astans
Fundit equus: victorq; sinon incendia miscet
Insultans portis: alij bipatentibus adsunt:
Milia quot magnis nunquā venere micenis
Obsidere alij telis angusta viarum
Oppositi stat ferri acies mucrone corusco.
Stricta parata neci: vix primi prelia tentant
Portarum vigiles: et cēco marte resistunt
Talibus otriade dictis et numine diuum
In flammas: et in arma feror: quo tristis erinnis
Quo fremitus vocat: et sublatus ad ethera clamor.
Addunt se socios rhipheus: et maximus armis
Iphitus oblati per lunam: hipanisq; dimasq;

Liber secundus.

Et lateri agglomerãt nostro iuuenisq; chorebus
Migdonides: illis qui ad troiam forte diebus
Uenerat insano cassandre incensus amore:
Et gener auxilium priamo: phrigibusq; ferebat
Infelix/qui nunc sponse precepta furentis
Audierat.
Quos vbi consertos audere in prelia vidi
Incipio super bis: iuuenes fortissima frustra
Pectora/si vobis audentem extrema cupido est
Certa sequi: que sit rebus fortuna videtis
Excessere omnes aditis: arisq; relictis
Dij quibus imperiũ hoc steterat/succurritis vrbi.
Incense moriamur: et in media arma ruamus:
Una salus victis nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenũ furor additus: inde lupi ceu
Raptores atra in nebula quos improba ventris
Exegit cecos rabies: catuliq; relicti
Faucibus expectant siccis/per tela per hostes
Uadimus haud dubiã in mortẽ: mediecq; tenemus
Urbis iter: nox atra caua circũuolat vmbra.

Eneidos

Quis cladem illius noctis: quis funera fando
Explicet: aut possit lachrimis equare labores.
Urbs antiqua ruit multos dominata p annos.
Plurima perq vias sternuntur inertia passim
Corpora: perq domos: et religiosa deorum
Limina: nec soli penas dant sanguine teucri.
Quondam etiam victis redit in precordia virtus
Victoresq cadunt danai: crudelis vbiq
Luctus: vbiq pauor: et plurima mortis imago.
Primus se danaum magna comitante caterna.
Androgeos offert nobis socia agmina credens
Inscius: atq vltro verbis compellat amicis.
Festinate viri: nam que tam sera moratur
Segnities: alij rapiunt incensa feruntq
Pergama: vos celsis nunc primū a nauibus itis
Dixit: et extemplo (neq eē responsa dabantur
Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.
Obstupuit: retroq pedem cum voce repressit.
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens: trepiduq repente refugit

Liber secundus.

Attollentem iras: et cerula colla tumentem
Haud secus androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus: densis et circũfundimur armis
Ignaroscz loci passim et formidine captos
Sternimus: aspirat primo fortuna labori.
Atcz hic successu exultans animiscz chorebus
O socij qua prima inquit fortuna salutis
Monstrat iter: quacz ostẽdit se dextra sequamur
Mutemus clipeos: danaumcz insignia nobis
Aptemus: dolus an virtus quis in hoste requirat
Arma dabunt ipsi sic fatus deinde comantem
Androgei galea m: clipeicz insigne decorum
Induitur: latericz argiuũ accõmodat ensem:
Hoc rhipheus: hoc ipse dimas: omniscz iuuentus
Leta facit: spolijs se quiscz recentibus armat.
Vadimus immixti danais haud numine nostro
Multacz per cecam congressi prelia noctem
Conserimus: multos danaum dimittimus orco
Diffugiunt alij ad naues: et littora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi

Scandunt rursus equũ: et nota cõduntur in aluo
Heu nihil inuitis fas quẽquam fidere diuis.
Ecce trahebatur passis priameia virgo
Crinibus a templo cassandra aditisq; minerue
Ad celum tendens ardentia lumina frustra.
Lumina nam teneras arcebant vincula palmas
Non tulit hanc speciem furiata mente chorebus
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.
Cõsequimur cuncti et densis incurrimus armis;
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostros obruimur. oriturq; miserrima cedes
Armorum facie. et graiarum errore iubarum.
Tum danai gemitu atq; erepte virginis ira
Undiq; collecti inuadunt acerrimus aiax
Et gemini atride: dolopumq; exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt: zephirusq; notusq; et letus eois
Eurus equis: stridunt silue saeuitq; tridenti
Spumeus atq; imo nereus ciet equora fundo
Illi etiam si quos obscura nocte per vmbram

Liber secundus.

Fudimus insidijs: totaq; agitauimus vrbe:
Apparent primi clipeos mentitaq; tela
Agnoscunt: atq; ora sono discordia signant
Ilicet obruimur numero: primusq; chorebus
Penelei dextra diue armipotentis ad aram
Procumbit: cadit et ripheus iustissimus vnus
Qui fuit in teucris et seruantissimus equi:
Diis aliter visum: pereunt hipanisq; dimasq;
Confixi a socijs nec te tua plurima pantbu
Labentem pietas: nec apollinis infula texit.
Iliaci cineres: et flamma extrema meorum
Testor in occasu vestro: nec tela: nec vllas:
Uitauisse vices danaum: et si fata fuissent
Ut caderem: meruisse manu: diuellimur inde
Ipbitus et peleas mecum: quorum ipbitq; cuo
Jam grauior: pelias et vulnere tardus vlixi.
Protinus ad sedes priami clamore vocati:
Hic vero ingentem pugnam ceu cetera nusquā
Bella forent: nulli tota morarentur in vrbe:
Sic martē indomitū: danaosq; ad tecta ruentes

Cernimus: obsessumq; acta testudine limen
Herent parietibus scale: postesq; sub ipsos
Nituntur gradibus: clipeosq; ad tela sinistris
Protecti obiiciunt: prensant fastigia dextris:
Dardanide contra turres ac tecta domorum
Culmina cõuellunt: his se (quãdo vltima cernunt
Extrema iam in morte) parant defendere telis:
Auratasq; trabes veterum decora alta parentum
Deuoluunt: alij strictis mucronibus imas
Obsedere fores: has seruant agmine denso
Instaurati animi regis succurrere tectis
Auxilioq; leuare viros: vimq; addere victis:
Limen erat cecideq; fores et peruius vsus
Tectorum inter se priami: postesq; relicti
A tergo infelix qua se (dum regna manebant)
Sepius andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros: et auo pueri astianacta trabebat
Euado ad summi fastigia culminis vnde
Tela manu miseri iactabant irrita teucri.
Turrim in precipiti stantem summisq; sub astra:

Liber secundus.

Eductam tectis: vnde omnis troia videri
Et danaum solite naues: et achaica castra
Aggressi ferro circum qua summa labentes
Juncturas tabulata dabant: cõuellimus altis
Sedibus: impulimusq; ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit. et danaum sup agmina late
Incidit ast alij subeunt: nec saxa: nec vllum
Telorum interea cessat genus.
Uestibulũ ante ipm primoq; in limine pirrhus
Exultat telis: et luce coruscus abena:
Qualis vbi in lucẽ coluber mala gramina pastus
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat
Nunc positis nouus exuuijs nitidusq; iuuenta
Lubrica cõuoluit sublato pectore terga
Arduus ad solem: et linguis micat ore trisulcis
Una ingens peripbas: et equoꝝ agitato rabillis
Armiger automedon: vna omnis sciria pubes
Succedunt tecto: et flãmas ad culmina iactant
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit: postesq; a cardine vellit

Eratos:iamq; excisa trabe firma cauauit
Roboza:et ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus:et atria longa patescunt
Apparent priami:et veterum penetralia regum
Armatosq; videnstantes in limine primo.
At domus interior gemitu miserocq; tumultu
Miscetur penitusq; caue plangoribus edes
Femineis vlulant:ferit aurea sydera clamor.
Tum pauidetectis matres ingentibus errant
Amplexeq; tenent postes:atq; oscula figunt.
Instat vi patria pirrbus:nec claustra:nec ipsi
Custodes sufferre valent labat ariete crebro
Janua:et emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi:rumpunt aditus:primosq; trucidant
Immissi danai et late loca milite complent.
Non sic aggeribus rupti s cum spumeus amnis
Exit:oppositasq; euicit gurgite moles
Fertur in arua furens cumulo cãposq; p omnes
Cum stabulis armenta trahit:vidi ipse furentem
Lede neoptolemũ:geminosq; in limine atridas

Liber secundus.

Vidi becubam:centũq; nurus:priamũq; p aras

Sanguine fedantem.quos ipse sacrauerat ignes

Quinquaginta illi thalami spes tanta nepotum

Barbarico postes auro spoliisq; superbi

Procubuere:tenent danai qua deficit ignis

Forsitan et priami fuerint que fata requiras.

Urbis vbi capte casum cõuulsaq; vidit

Limina tecto:et mediũ in penetralibus hostem

Arma diu senior desueta trementibus euo

Circundat ne quicquã humeris et inutile ferrum

Cingitur:et densos fertur moriturus in hostes

Edibus in mediis:nudoq; sub etheris axe

Ingens ara fuit: iuxtaq; veterrima laurus

Incumbens are: atq; vmbra complexa penates

Hic becuba et nate: nequicquam altaria circum

Precipites atra ceu tempestate columbe

Condẽse: et diuum amplexe simulacra tenebãt:

Ipsum aũt sumptis priamũ iuuenilibus armis

Ut vidit: que mens tam dira miserime coniunx

Non tali auxilio nec defensoribus istis
Tempus eget: nõ si ipse meus nunc adforet hector
Huc tandem concede: hec ara tuebitur omnes.
Aut moriere simul: sic ore effata recepit
Ad sese: et sacra longeuũ in sede locauit.
Ecce autem elapsus pirrhi de cede polites
Unus natorum priami per tela per hostes
Porticibus longis fugit: et vacua atria lustrat
Saucius illum ardens infesto vulnere pirrhus
Insequitur: iã iamq; manu tenet: et premit hasta
Ut tandem ante oculos euasit et ora parentum
Concidit: ac multo. vitam cum sanguine fudit.
Hic priamus quãquã in media iã morte tenetur
Non tamen abstinuit: nec voci ireq; pepercit
At tibi pro scelere exclamat: pro talibus ausis
Dij si qua est celo pietas: que talia curet:
Persoluant grates dignas et premia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Fecisti: et patrios fedasti funere vultus
At non ille satum quo te mentiris achilles

Liber secundus.

Talis in hoste fuit priamo: sed iura fidemq3
Supplicis erubuit: corpusq3 exangue sepulchro
Reddidit hectoreū: meq3 in mea regna remisit
Sic fatus senior: telumq3 imbelle sine ictu
Coniecit rauco quod protinus ere repulsum
Et summo clipei ne quicquā vmbone pependit
Cui pirrhus referes ergo hec: et nuncius ibis
Pellide genitori: illi mea tristia facta.
Degeremq3 neptolemum narrare memento
Nūc morere: hoc dicēs altaria ad ipsa trementem
Traxit et in multo lapsantem sanguine nati
Implicuitq3 comam leua dextraq3 coruscum
Extulit: ac lateri capulotenus abdidit ensem:
Hec finis priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit: troiam incensam: et prolapsa videntē
Pergama: tot quondam populis terrisq3 superbū
Regnatorem asie: iacet ingens littore truncus
Anulsumq3 humeris caput et sine noīe corpus
At me tum primum seuus circūstetit horror
Obstupui: subijt cari genitoris imago:

Eneidos

Ut regem equeuum crudeli vulnere vidi
Uitam exhalantem subijt deserta creusa:
Et direpta domus:et parui casus iuli
Respicio:et que sit me circum copia lustro
Deseruere omnes defessi et corpora saltu
Ad terram misere:aut ignibus egra dedere
Jamq; adeo sup vnus eram cum limina vestę:
Seruantem et tacitam secreta in sede latentem
Tindarida aspicio :dant clara incendia lucem
Erranti passimq; oculos p cuncta ferenti:
Illa sibi infestos eversa ob pergama teucros
Et danaum penas et deserti coniugis iras
Permetuens troie:et patrie cõmunis erinnis.
Abdiderat sese:atq; aris inuisa sedebat/
Exarsere ignes animo :subit ira cadentem
Ulcisci patriam:et sceleratas sumere penas
Scilicet hec spartã incolumis:patriasq; micenas
Aspiciet:partoq; ibit regina triumpho:
Cõiugiumq; domũq; patres natosq; videbit/
Iliadum turba et phrigijs comitata ministris.

Liber secundus.

Occiderit ferro priamus: troia arserit igni.
Dardanium totiens sudarit sanguine littus:
Non ita: namq; etsi nullum memorabile nomen
Feminea in pena est. nec habet victoria laudem:
Extinxisse nephas: tamen et sumpsisse merentis
Laudabor penas animumq; expleisse iuuabit
Ultricis fāme: et cineres sacri asse meorum:
Talia iactabam: et furiata mente ferebar:
Cum mihi se non ante oculis tam clara videndā
Obtulit: et pura per noctem in luce refulsit
Alma parens confessa deam: qualisq; videri
Celicolis et quāta solet: dextraq; prehensum
Continuit: roseoq; hec insup addidit ore.
Nate quis indomitas tantus furor excitat iras
Quid furis: aut quonam nostri tibi cura recessit:
Non prius aspicies vbi fessum etate parentem
Liqueris anchisen: superet coniunx ne creusa
Ascaniusq; puer: quos omnes vndiq; graie
Circum errant acies: et ni mea cura resistat:
Iam flāme tulerint: inimicus: et hauserit ensis

Non tibi tindaridis facies inuisa lacene
Culpatusue paris: verum inclementia diuum
Has euertit opes: sternitq; a culmine troiam.
Aspice namq; omnem que nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi et humida circum
Caligat: nubem eripiam: tu nequa parentis
Jussa time: neu preceptis parere recusa
Hic vbi disiectas moles auulsaq; saxis
Saxa vides: mixtoq; vndantem puluere fumum
Neptunus muros magnoq; emota tridenti
Fundamenta quatit: totamq; a sedibus vrbem
Eruit: hic iuno sceas seuissima portas
Prima tenet sociumq; furens a nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Jam summas arces tritonia respice pallas
Insedit nymbo effulgens et gorgone seua
Ipse pater danais animos viresq; secundas:
Sufficit: ipse deos in dardana suscitat arma
Eripe nate fugam: finemq; impone labori
Nusquā abero: et tutum patrio te limine sistam

Liber secundus.

Dixerat et spissis noctis se condidit vmbris
Apparent dire facies: inimicaq troie
Numina magna deum.
Tum vero omne mihi visum considere in ignes
Ilium: et ex imo verti neptunia troia.
Ac veluti summis antiquā in montibus ornum
Cum ferro accisam crebrisq bipennibus instant
Eruere agricole certatim: illa vsq minatur
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim evicta supremum
Congemuit: traxitq iugis avulsa ruinam.
Descendo: ac ducente deo flāmam inter t hostes:
Expedior: dant tela locum: flammeq recedunt
Ast vbi iam patrie peruentum ad limina sedis
Antiquasq domos: genitor quē tollere in altos
Optabam primum montes: primumq petebam
Abnegat excisa vitam producere troia
Exiliumq pati: vos o quibus integer cui
Sanguis ait solideq suo stant robore vires

Vos agitate fugam.

De si celicole voluissent ducere vitam
Quas mihi seruassent sedes: satis vna superq;
Vidimus excidia: et capte superauimus vrbi.
Sic o sic positum affati discedite corpus
Ipse manu mortem inueniam miserebit hostis.
Exuuiasq; petet: facilis iactura sepulchri est.
Jam pridem inuisus diuis et inutilis annos
Demoror: ex quo me diuū pater atq; hominū rex
Fulminis afflauit ventis: et contigit igni
Talia prestabat memorans fixusq; manebat.
Nos contra effusi lachrimis cōiunxq; creusa
Ascaniusq; omnisq; domus ne vertere secum
Cuncta pater fatoq; vrgenti incūbere vellet
Abnegat: inceptoq; sedet sedibus heret in ijsdem
Rursus in arma feror: mortēq; miserrimus opto
Nam quod cōsiliū: aut que iā fortuna dabatur
Me ne efferre pedem genitor te posse relicto
Speraſti: tantumq; nefas patrio excidit ore
Si nihil ex tanto superis placet vrbe relinqui
Et sedet hoc animo pirituseq; addere troie

Liber secundus.

Tecꝫ tuosꝫ iuuat: patet isti ianua leto.

Jamꝫ aderit multo priami de sanguine pirrhus.

Natũ ante ora patris: patrẽ qui obtruncat ad aras

Hoc erat alma parens: quod mecꝫ tela ꝑ ignes

Eripis vt medijs hostem in penetralibus: vtꝫ

Ascaniumꝫ patremꝫ meum iuxtaꝫ creusam

Alterũ in alterius macratos sanguine cernam:

Arma viri ferte arma: vocat lux vltima victos.

Reddite me danais: sinite instaurata reuisam

Prelia: nunꝫ omnes hodie moriemur inulti

Hinc ferro accingor: rursus clipeoꝫ sinistram

Insertabam aptans: mecꝫ extra tecta ferebam.

Ecce autem complexa pedes in limine coniunx

Herebat: paruumꝫ patri tendebat iulum.

Si periturus abis: et nos rape in omnia tecum.

Sin aliquã exptus sumptis spẽ ponis in armis

Hanc primum tutare domum: cui paruus iulus

Cui pater et cõiunx quondã tua dicta relinquor.

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat:

Cum subitum dictuꝫ oritur mirabile monstrum

Hamq; manus inter mestorumq; ora parentum.
Ecce leuis summo de vertice visus iuli
Fundere lumen apex:tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas:et circum tempora pasci
Nos pauidi trepidare metu:criniemq; flagrantem
Excutere:et sacros restingere fontibus ignes
At pater anchises oculos ad sidera letus
Extulit:et celo palmas cum voce tetendit.
Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis
Aspice nos:hoc tantum:et si pietate meremur
Da deinde auxilium pater:atq; hec omnia firma
Vix ea fatus erat senior:subitoq; fragore
Intonuit leuum:et de celo lapsa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam summa sup labentem culmina tecti
Cernimus idea claram se condere silua.
Signantemq; vias:tum longo limite sulcus
Dat lucem:et late circum loca sulpbure fumant:
Hic vero victus genitor se tollit in auras
Affaturq; deos:et sanctum sydus adorat.

Liber secundus.

Jã iam nulla mora est: sequor et qua ducitis adsum.
Dñi patrii seruate domum: seruate nepotem.
Uestrũ hoc auguriũ: vestroq; in numine troia est
Cedo equidem: nec nate tibi comes ire recuso
Dixerat ille: et iam per menia clarior ignis
Auditur: propiusq; estus incendia voluunt:
Ergo age chare pater ceruici imponere nostre
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit
Quo res cunq; cadent: vnũ et cõmune periclum
Una salus ambobus erit: mihi paruus iulus
Sit comes: et longe seruet vestigia coniunx.
Uos famuli: que dicam animis aduertite vestris
Est vrbe egressis tumulus: templumq; vetustum
Deserte ceteris: iuxtaq; antiqua cupressus
Relligione patrum multos seruata per annos
Hanc ex diuerso sedem venimus in vnam.
Tu genitor cape sacra manu: patriosq; penates
De bello ex tanto digressum ex cede recenti
Attrectare nefas: donec me flumine viuo

Abluero

Hec fatus latos humeros subiectaq; colla.
Veste super fuluiq; insterno: pelle leonis
Succedoq; oneri: dextre se paruus iulus
Implicuit: sequiturq; patrem non passibus equis.
Pone subit coniunx: ferimur per opaca locorum
Et me quem dudum non vlla iniecta mouebunt
Tela neq; aduerso glomerati ex agmine grai
Hunc omnes terrent aure: sonus excitat omnis
Suspensum: et pariter: comitiq;: oneriq; timentē
Iamq; ꝑ iuquabam portis: omnemq; videbar
Euasisse viam: subito cum creber ad aures
Visus adesse pedū sonitus: genitorq; p vmbram
Prospiciens nate exclamat: fuge nate: ꝑ inquant
Ardentes clipeos: atq; era micantia cerno
Hic mihi nescio: qō trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem: namq; auia cursu
Dum sequor: et nota excedo regione viarum:
Heu misero coniunx fato ne erepta creusa
Substitit: erravit ne via seu lassa resedit
Incertum: nec post oculis est reddita nostris.

Liber secundus.

Nec prius amissam respexi: animumq; reflexi:
Quã tumulum antique cereris: sedemq; sacratã
Uenimus: hic demum collectis omnibus vna
Defuit. et comites: natumq; virumq; fefellit.
Quẽ non incusaui amens: hominũq; deorumq;
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe:
Ascanium: anchisemq; patrem teucrosq; penates
Commendo socijs: et curua vallis recondo
Ipse vrbem repeto: et cingor fulgentibus armis
Stat casus renouare omnes: omnemq; reuerti
Per troiam: et rursus caput obiectare periclis:
Principio muros: obscuraq; limina porte
Qua gressum extuleram repeto: et vestigia retro
Obseruata sequor per noctem et lumine lustro
Horror vbiq; animos simul ipsa silentia terrent:
Inde domum si forte pedem: si forte tulisset
Me refero: irruerãt danai: et tectũ omne tenebãt.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Uoluitur: exuperãt flãme: furit estus ad auras.
Procedo ad priami sedes: arcemq; reuiso.

Et iam porticibus vacuis iunonis asilo.
Custodes lecti phenix: et dirus vlixes
Predam aduectabant: huc vndicq troia gaza:
Incensis erepta aditis: mensecq deorum
Crateresq auro solidi: captiuaq vestis
Cõgeritur: pueri: et pauide longo ordine matres
Stant circũ: et tacitis implent mugitibus aures
Ausus quin etiam voces iactare per vmbram
Impleui clamore vias: mestusq creusam
Ne quicquã in geminãs iterumq iterũq vocaui
Querenti: et tectis vrbis sine fine furenti
Infelix simulacrum: atq ipsius vmbra creuse
Visa mihi ante oculos: et nota maior imago.
Obstupui: steteruntq come: et vox faucibus hesit
Tum sic affari: et curas his demere dictis.
Quid tantum insano iuuat indulgere labori
O dulcis cõiunx: non hec sine numine diuum
Eueniunt: nec te hinc comitem asportare creusam
Fas: aut ille sinit superi regnator olimpi.
Longa tibi exilia: et vastũ maris equor arandum

Liber secundus.

Ad terram hesperiam venies vbi tiberis arua
Inter opima virum leni fluit agmine tibris
Illic res lete regnumq; et regia coniunx
Parta tibi lachrimas dilecte pelle creuse.
Non ego mirmidonũ sedes: dolopũue superbas
Aspiciam: aut graijs seruitum matribus ibo
Dardanis: et diue veneris nurus:
Sed me magna deũ genitrix his detinet oris.
Jamq; vale: et nati serua cõmunis amorem
Hec vbi dicta dedit lachrimantẽ: et multa volentẽ
Dicere deseruit: tenuesq; recessit in auras
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
Ter frustra cõprensa manus effugit imago
Par leuibus ventis volucriq; simillima somno
Sic demum socios cõsumpta nocte reuiso.
Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouoꝝ
Jnuenio admirans numerũ: matresq; viroscq;
Collectam exilio pubem: miserabile vulgus:
Undiq; cõuenere animis: opibusq; parati

Eneidos

In quascunq; velim pelago deducere terras.
Iamq; iugis summe surgebat lucifer ide:
Ducebatq; diem:danaiq; obsessa tenebant
Limina portarum:nec spes opis vlla dabatur
Cessi:et sublato montem genitore petiui.

Que tercio Eneidos libro continentur.

Ost euersa phrigum regna fuga cepta moueri.
Utq; sit in thracem primo deuectus:ibiq;
Menia condiderit;polidori cede piata
Regis et hospiciū vt phebi responsa canebant
Leptū iter in creten:rursus noua fata reperta
Naufragus vt fuerit strophadas cōpulsus ad vndas.
Inde fugam:atq; iterum enarrat precepta celeno
Liqueric:vtq; helenum preceptis ordine fatie.
Supplicē acbemenidē polipbemo vigente recepit
Amissumq; patrē drepani:atq; bicdeinde quicuit.

Publij Virgilij Maronis Eneidos Liber tercius.

Liber Tercius.

Postq̃ res asie: priamiq̃ euertere gentem
Immeritã visum superis: ceciditq̃ superbũ
Ilium: et ois humo fumat neptunia troia

Diuersa exilia: et desertas querere terras
Augurijs agimur diuum: classemq̃ sub ipsa
Antandro: et phrigie molimur montibus ide
Incerti quo fata ferant: vbi sistere detur.
Contrahimusq̃ viros: vix prima inceperat estas
Et pater anchises dare fatis vela iubebat:
Littora cũ patrie lachrimans portusq̃ relinquo:
Et campos vbi troia fuit: feror exul in altum
Cum socijs natoq̃: penatibus: et magnis dijs.
Terra procul vastis colitur mauortia campis
Thraces arant: acri quondam regnata ligurgo
Hospicium antiquũ troie: socijq̃ penates
Dum fortuna fuit: feror huc: et littore curuo
Menia prima loco: fatis ingressus iniquis:
Eneadasq̃ meo nomen de nomine fingo:
Sacra dyonee matri diuisq̃ ferebam
Auspicibus ceptoq̃ operum: superoq̃ nitentem

Celicolum regi mactabam in littore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus quo cornea summo
Virgulta:et densis hastilibus horrida mirtus
Accessi:viridemq; ab humo cõuellere siluam
Conatus:ramis tegerem vt frondentibus aras:
Horrendum:et dictu video mirabile monstrum
Nam que prima solo ruptis radicibus arbor
Vellitur huic atro liquuntur sanguine gutte
Et terrã tabo maculant:mihi frigidus horror
Membra quatit:gelidusq; coit formidine sanguis
Rursus et alterius lentum conuellere vimen
Insequor:et causas penitus tentare latentes.
Alter et alterius sequitur de cortice sanguis:
Multa moues aio:nymphas venerabar agrestes
Brandiuũq; patrem geticis qui presidet aruis
Rite secundarent visus:omenq; leuarent
Tercia:sed postquam maiore hastilia nisu
Aggredior genibusq; aduerse obluctor harene
Eloquar:an sileam:gemitus lachrimabilis imo
Auditur tumulo:et vox reddita fertur ad aures

Liber Tercius.

Quid miserum enea laceras iam parce sepulto
Parce pias scelerare manus: non me tibi troia
Externum tulit haud cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeles terras: fuge littus auarum
Nam polidorus ego hic confixum ferrea texit
Telorum seges: et iaculis increuit acutis
Tum vero ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui: steteruntq; comę et vox faucibus hesit
Hunc polidori auri quondam cū pondere magno.
Infelix priamus furtim mandarat alendum
Thraicio regi: cum iam diffideret armis
Dardanie: cingiq; vrbem obsidio ne videret
Illevt opes fracte teucrum: et fortuna recessit
Res agamemnonias victriciaq; arma secutus:
Fas omne obrumpit: polidoro obtruncat: et auro
Ui potitur: quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames: postquā pauor ossa reliquit
Delectos populi ad proceres: primūq; parentem
Monstra deum refero: et que sit sententia posco:
Omnibus idē animus scelerata excedere terra:

Eneidos

Linqui polutũ hospiciũ et dare classibus austros
Ergo instauramus polidoro funus: et ingens:
Aggeritur tumulo tellus: stant manibus are
Ceruleis meste vittis: atraq; cupresso:
Et circum iliades crinem de more solute:
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte:
Sanguinis: et sacri pateras: animãq; sepulchro:
Condimus et magna supremum voce ciemus.
Inde vbi prima fides pelago placataq; venti
Dant maria: et lenis crepitãs volat auster in altũ.
Deducunt socij naues: et littora complent.
Prouehimur portu: terreq; vrbesq; recedunt
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri: et neptunio egeo:
Quã pius arcitenens oras et littora circum
Errantem micone celsa giaroq; reuinxit.
Immotamq; coli dedit: et contemnere ventos:
Huc feror: hec fessos tuto placidissima portu
Accipit: egressi veneramur apollinis vrbem.
Rex anius rex idem hominum phebiq; sacerdos

Liber Tercius.

Vittis et sacra redimitus tempora lauro
Occurrit: veterem anchisen agnoscit amicum.
Jungimus hospicio dextras et tecta subimus:
Templa dei saxo venerabar structa vetusto:
Da ꝓpriam thimbree domum da menia fessis.
Et genus et mansuram vrbem: serua altera troie
Pergama: relliquias danaũ: atq; immittis achilli
Quẽ sequimur: quo ve ire iubes: vbi ponere sedes
Da pater augurium atq; animis illabere nostris
Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente
Liminaq; et lauruscq; dei totuscq; moueri
Mons circum et mugire aditis cortina reclusis.
Summissi petimus terrã et vox fertur ad aures.
Dardanide duri que vos a stirpe parentum
Prima tulit tellus: eadem vos vbere leto
Accipet reduces: antiquã exquirite matrem.
Hic domus enee cunctis dominabitur oris.
Et nati natorum: et qui nascentur ab illis.
Hec phebus: mixtoq; ingens exorta tumultu
Leticia: et cuncti que sint ea menia queri unt.

Quo phebus vocet errantes iubeatue reuerti:
Tum genitor veterũ voluens mouimenta viroꝝ
Audite o proceres ait: et spes discite vestras.
Creta iouis magni medio iacet insula ponto.
Mons ideus vbi: et gentis cunabula nostre:
Centũ vrbes habitant magnas vberrima regna.
Maximus vnde pater(si rite audita recordor)
Teucrus rheteas primũ est aduectus in oras
Optauitq; locum regno:nondum iliũm:et arces:
Pergamee steterant:habitabant vallibus imis
Hinc mater cultrix cibele:corybantiaq; era
Ideumq; nemus:hinc fida silentia sacris
Et iuncti currum domine subiere leones.
Ergo agite et diuũ ducunt qua iussa sequamur
Placemus ventos:et gnosia regna petamus.
Nec longo distant cursu modo iuppiter adsit:
Tercia lux classem cretcis sistet in oris.
Sic fatus meritos aris mactauit honores
Taurum neptuno :taurum tibi pulcher apollo.
Nigram hiemi pecudẽ:zephiris felicibus albam.

Liber Tercius.

Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem desertaq; littora cretes
Hoste vacare domos: sedesq; astare relictas.
Linquimus ortigie portus: pelagoq; volamus
Bacchataq; iugis nason: viridemq; donisam
Olearon: niueamq; paron: sparsasq; per equor
Cycladas. et crebris legimus freta concita terris
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Hortantur socij cretam proauosq; petamus:
Prosequitur surgens a puppi ventus euntes.
Et tandem antiquis curetum allabimur oris:
Ergo auidus muros optate molior vrbis
Pergameamq; voco. letam cognomine gentem
Hortor amare focos: arcemq; attollere tectis.
Iamq; fere sicco subducte littore puppes
Connubijs armisq; nouis operata iuuentus:
Iura domosq; dabam: subito cū tabida membris
Corrupto celi tractu miserandaq; venit
Arboribusq; satisq; lues: et letifer annus.
Linquebāt dulces animas aut egra trahebant:

Corpora: tum steriles exurere syrius agros.
Arebant herbe: et victum seges egra negabat.
Rursus ad oraculum ortigie phebiq; remenso
Hortatur pater ire mari veniamq; precari
Quem fessis finem rebus ferat: vnde laborum
Tentare auxilium iubeat: quo vertere cursus.
Nox erat: et terris animalia somnus habebat:
Effigies sacre diuum phrigiiq; penates
Quos mecum a troia mediisq; exignibus vrbis
Exuleram visi ante oculos astare iacentis
Insomnis multo manifesto lumine: qua se
Plena per insertas fundebat luna fenestras.
Tunc sic affari: et curas his demere dictis:
Quod tibi delato ortigiam dicturus apollo est
Hic canit: et tua nos en vltro ad limina mittit
Nos te dardania incensa: tuaq; arma secuti
Nos tumidum sub te permensi classibus equor:
Idem venturos tollemus in astra nepotes:
Imperiumq; vrbi dabimus: tu menia magnis
Magna para: longumq; fuge ne linque laborem

Liber Tercius.

Mutande sedes: non hec tibi littora suasit
Delius: aut crete iussit considere apollo:
Est locus: hesperiam grai cognomine dicunt:
Terra antiqua: potens armis: atq; vbere glebe.
Oenotrij coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem
Hec nobis ꝓprie sedes hinc dardanus ortus.
Iasiusq; pater genus a quo principe nostrum.
Surge age: et hec letus longeuo dicta parenti
Haud dubitāda refer corithum terrasq; require.
Ausonias: dictea negat tibi iuppiter arua:
Talibus attonitus iussis ac voce deorum
Hec sopor illud erat sed coram agnoscere vultus
Velatasq; comas ꝓsentiaq; ora videbar.
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio estratis corpus tendoq; supinas
Ad celum cum voce manus: et munera libo
Intemerata focis perfecto letus honore
Anchisen facio certum: remq; ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam geminosq; parentes

Eneidos

Seque nouo veterum deceptum errore locorum
Tum memorat nate iliacis exercite fatis
Sola mihi tales casus cassandra canebat:
Hūc repeto hec generi portendere debita nostro
Et sepe hesperiam: sepe italia regna vocare
Sed quis ad hesperie venturos littora teucros
Crederet aut quē tunc vates cassandra moueret
Cedamus phebo:et moniti meliora sequamur:
Sic ait et cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoq; deserimus sedem: paucisq; relictis
Uela damus vastūq; cauā trabe currimus equor:
Postq; altum tenuere rates:nec iam amplius vlle
Apparent terre.celum vndiq; et vndiq; pontus.
Tum mihi ceruleus supra caput astitit imber
Noctē hyemēq; ferēs:et inhorruit vnda tenebris:
Continuo venti voluunt mare:magnaq; surgunt
Equora:dispersi iactamur gurgite vasto:
Inuoluere diem nymbi:et nox humida celum
Abstulit:ingeminant abruptis nubibus ignes:
Excutimur cursu:et cecis erramus in vndis:

Liber Tercius.

Ipse diem noctemq; negat discernere celo

Nec meminisse vie media palinurus in vnda

Tris adeo incertos ceca caligine soles

Erramus pelago totidem sine sydere noctes.

Quarto terra die primum se attollere tandem

Visa: aperire procul montes et voluere fumum:

Vela cadũt remis insurgimus haud mora nautę

Adnixi torquent spumas et cerula verrunt.

Seruatũ ex vndis stropbadum me littora primũ

Excipiunt: stropbades graio stant nomine dicte

Insule ionio in magno: quas dira celeno

Harpieq; colunt alie: pbincia postquam

Clausa domus mensasq; metu liquere priores:

Tristius haud illis monstrum: nec seuior vlla

Pestis: et ira deum stigijs sese extulit vndis

Virginei volucrum vultus. fedissima ventris

Proluuies: vncęq; manus: et pallida semp

Ora fame.

Huc vbi delati portus intrauimus: ecce

Leta bouum passim campis armenta videmus

Capr algenumq pecus nullo custode per herbam
Irruimus ferro: et diuos ipsumq vocamus
In predam patremq iouem: tunc littore curuo
Extruimusq toros: dapibusq epulamur opimis.
At subite horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyie: et magnis quatiunt clangoribus alas:
Diripiuntq dapes: contactuq omnia fedant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem:
Rursum in secessu longo sub rupe cauata
Arboribus clausi circū: atq horrentibus vmbris
Istruimus mensas: arisq reponimus ignem
Rursum ex diuerso celi cecisq latebris
Turba sonās predam pedibus circūuolat vncis:
Poluit ore dapes: socijs tunc arma capessunt
Edico: et dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus ac iussi faciunt: tectosq per herbam
Disponunt enses: et scuta latentia condunt:
Ergo vbi delapse sonitum per curua dedere
Littora: dat signum specula misenus ab alta
Aere cauo: inuadunt socij: et noua prelia tentant

Liber Tercius.

Obscenas pelagi ferro fedare volucres:
Sed neqz vim plumis vllam nec vulnera tergo
Accipiunt: celeriqz fuga sub sydera lapse
Semesam predam: et vestigia feda relinquunt
Una in precelsa consedit rupe celeno
Infelix vates: rupitqz hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cede boum: stratisqz iuuencis
Laomedontiade bellum ne inferre paratis:
Et patrio barpijas insontes pellere regno.
Accipite ergo animis atqz hec mea figite dicta:
Que phebo pater omnipotēs: mihi phebus apollo
Predixit: vobis furiarum ego maxima pando:
Italiam cursu petitis: ventisqz vocatis
Ibitis italiam: portusqz intrare licebit.
Sed non ante datam cingetis menibus vrbem
Quam vos dira fames: nostreqz iniuria cedis
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit: et in siluas pennis ablata refugit.
At socijs subita gelidus formidine sanguis
Diriguit cecidere animi: nec iam amplius armis

Sed votis precibusq; iubent exposcere pacem:
Siue dec: seu sint dire obscenecq; volucres.
At pater anchises passis de littore palmis
Numina magna vocat: meritosq; indicit honores:
Dij prohibete minas: dij talem auertite casum:
Et placidi seruate pios: tum littore funem
Diripere: excussosq; iubet laxare rudentes
Tendūt vela noti: fugimus spumantibus vndis:
Qua cursum ventusq; gubernatorq; vocabant
Jam medio apparet fluctu nemorosa zacinthos
Dulichiumq; samecq;: et meritos ardua saxis.
Effugimus scopulos itace laertia regna:
Et terram altricem seui execramur vlixis:
Hos et leucate nymbosa cacumina montis.
Et formidatus nautis aperitur apollo.
Hunc petimus fessi: et parue succedimus vrbi.
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.
Ergo insperata tandem tellure potiti
Lustramurq; ioui votisq; incendimus aras:
Actiaq; iliacis celebramus littora ludis

Liber Tercius.

Exercent patrias oleo labente palestras

Nudati socij iuuat euasisse tot vrbes

Argolicas mediosq; fugam tenuisse per hostes

Interea magnum sol circumuoluitur annum

Et glatialis hijems aquilonibus asperat vndas

Aere cauo clypeum magni gestamen abantis

Postibus aduersis figo: et rem carmine signo

Eneas hec de danais victoribus arma

Linquere tum portus iubeo et cõsidere transtris

Certatim socij feriunt mare: et equora verrunt

Protinus aerias phęacum abscondimus arces

Littoraq; epiri legimus: portuq; subimus

Chaonio et celsam butroti ascendimus vrbem

Hic incredibilis rerum fama occupat aures.

Priamiden helenum graias regnare per vrbes

Coniugio eacide pirrhi sceptrisq; potitum

Et patrio andromachen iterum cessisse marito

Obstupui, miroq; incensum pectus amore

Compellare virum: et casus cognoscere tantos.

Progredior portu: classes et littora linquens

Solemnes tum forte dapes et tristia dona
Ante vrbem in luco falsi symeontis ad vndam
Libabat cineri andromache: manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulū: viridi quē cespite inanem
Et geminas causam lachrimis sacrauerat aras
Ut me conspexit venientem: et troia circum
Arma amens vidit magis exterrita monstris
Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit:
Labitur: et longo vix tandem tempore fatur
Uera ne te facies: verus mihi nuncius affers
Nate dea: viuis ne: aut si lux alma recessit:
Hector vbi est: dixit lachrimasq; effudit: et oēm
Impleuit clamore locum vix pauca furenti
Subijcio. et raris turbatus vocibus hisco
Uiuo equidem: et vitam extrema p omnia duco
Nec dubita: nam vera vides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit. aut que digna satis fortuna reuisit
Hectoris andromache pyrrhim cōnubia seruas:
Deiecit vultum: et demissa voce locuta est:

Liber Tercius.

O felix vna ante alias priameia virgo
Hostilem ad tumulum troie sub menibus altis
Jussa mori: que sortitus non pertulit vllos
Nec victoris heri tetigit captiua cubile:
Nos patria incensa diuersa per equora vectę
Stirpis achillee fastus iuuenemq; superbum
Seruitio enixe tulimus: qui deinde secutus
Ledeam hermionem lacedemoniosq; hymeneos
Me famulo famulãq; beleno transmisit habendã
Ast illum exepte magno inflammatus amore
Coniugis: et scelerum furijs agitatus oreste
Excipit incautum: patriasq; obtruncat ad aras
Morte neoptolemi regnorum reddita cessit
Pars beleno: qui chaonios cognomine campos
Chaoniamq; omnem troiano a chaone dixit.
Pergamaq; iliacomq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti: que fata dedere:
Aut quis te ignarum nostris deus apulit oris:
Quid puer ascanius: superat ne: et vescitur aura:
Quem tibi iam troia: pepit fumante creusa

Et que nam puero est amisse cura parentis:
Et quid in antiquam virtutem animosq; viriles
Et pater eneas:et auunculus excitat hector:
Talia fundebat lachrimans:longosq; ciebat
Incassum fletus:cum sese a menibus heros
Priamides multis helenus comitantibus affert.
Agnoscitq; suos:letusq; ad lymina ducit.
Et multum lachrimas obba inter singula fundit.
Procedo :et paruam troiam:simulataq; magnis
Pergama et arentem xanthi cognomine riuum
Agnosco: sceeq; amplector limina porte
Hecnon et teucri socia simul vrbe fruuntur
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula bacchi
Impositis auro dapibus pateraq; tenebant
Iamq; dies alteq; dies processit:et aure
Uela vocant:tumidoq; inflatur carbasus austro.
His vatem aggredior dictis ac talia queso
Troiugena interpres diuū:qui numina phebi:
Qui tripodas clarij lauros:qui sydera sentis

Liber Tercius.

Et volucrum linguas: et prepetis omnia penne
Fare age enamq; oẽm cursum mihi prospera dixit
Relligio: et cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere: et terras tentare repostas:
Sola nouum dictuq; nepbas harpia celeno
Prodigium canit: et tristis denunciat iras:
Obscenamq; famem que prima pericula vito.
Quid ve sequẽs tantos possim superare labores
Hic belenus celsis primum de mozeiuuencis
Exorat pacem diuum: vittasq; resoluit
Sacrati capitis: mecq; ad tua limina pbebe
Ipse manu multo suspensum numine ducit.
Atq; hec deinde canit diuino ex ozе sacerdos
Nate dea nam te maiozibus ire per altum
Auspicijs manifesta fides: sic fata deum rex
Sortitur: voluitq; vices: hic vertitur ordo
Pauca tibi e multis quo tutioz hospita lustres
Equoza: et ausonio possis considere portu:
Expediam dictis: prohibent nam cetera parce
Scire: belenum fariq; vetat saturnia iuno.

Eneidos

Principio italiam quam tu iam rere propinquam:
Uicinosq; ignare paras inuadere portus:
Longa procul longis via diuidit inuia terris
Ante et trinacria lentandus remus in vnda.
Et salis ausonij lustrandum manibus equor
Infernique lacus: eeeq; insula circes
Quam tuta possis vrbem componere terra.
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.
Cum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fetus enixa iacebit
Alba solo recubans. albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros
Fata viam inuenient: aderitq; vocatus apollo:
Has autem terras italiq; banc littoris oram
Proxima que nostris perfunditur equoris estu
Effuge cuncta malis habitantur menia grajis
Hic et naritij posuerunt menia locri.
Et salentinos obsedit milite campos

Liber Tercius.

Licius idomeneus. hic illa ducis melibei
Parua philoctete subnixa petilia muro:
Quin vbi trāsmisse steterint trans equora classes:
Et positis aris iam vota in littore solues:
Purpureo velare comas adopertus amictu.
Hequa inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat et omnia turbet:
Hunc socij morem sacrorum: hunc ipse teneto.
Hac casti maneant in religione nepotes.
Ast vbi digressum sicule te admouerit ore
Uentus: et angusti rarescent claustra pelori
Leua tibi tellus: et longo leua petantur
Equora circuitu: dextrum fuge littus et vndas:
Hec loca vi quondam et vasta conuulsa ruina
(Tantū eui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt: cum protinus vtraq; tellus
Una foret venit vi medio pontus et vndis
Hesperium siculo latus abscidit aruaq; et vrbes
Littore diductas angusto interluit estū.
Dextrum scilla latus: leuū implacata charibdis

Eneidos

Obsidet: atq; imo baratri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus: rursusq; sub auras
Erigit alternos: et sydera verberat vnda.
At scillam cecis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem: et naues in saxa trahentem.
Prima hominis facies: et pulcro pectore virgo
Pubetenus: postrema immani corpore pistrix
Delphinum caudas vtero cõmissa luporum.
Prestat trinacrij metas lustrare pachinni
Cessantem longos et circũflectere cursus
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scillam et ceruleis canibus resonantia saxa
Preterea si qua est beleno prudentia vati
Siqua fides: animum si veris implet apollo.
Unum illud tibi nate dea precq; omnibus vnum
Predicam et repetens iterũq; iterũq; monebo
Junonis magne primum prece numen adora
Junoni cane vota libens dominãq; potentem
Supplicibus supera donis: sic deniq; victor
Trinacria ad fines italos meciere relicta.

Liber Tercius.

Huc vbi delatus cumeam acceſſeris vrbem
Diuinoſq; lacus: et auerna ſonantia ſiluis
Inſanam vatem aſpicies: que rupe ſub ima
Fata canit: folijſq; notas et numina mandat:
Quecūq; in folijs deſcripſit carmina virgo:
Digerit in numerum: atq; antro ſeclusa relinquit.
Illa manent immota locis. neq; ab ordine cedūt
Verum eadem verſo tenuis cum cardine ventus
Impulit et teneras turbauit ianua frondes
Nunquā deinde cauo volitantia prendere ſaxo
Nec reuocare ſitus: aut iungere carmina curat.
Inconſulti abeunt: ſedemq; odere ſybille
Hic tibi nequa more fuerint diſpendia tante
Quāuis increpitent ſocij: et vi curſus in altum
Vela vocent: poſſiſq; ſinus implere ſecundos
Quin adeas vatem: precibuſq; oracula poſcas.
Ipſa canat vocemq; volens: atq; ora reſoluat
Illa tibi italie populos venturaq; bella:
Et quo quemq; modo fugiaſq; feraſq; laborem
Expediet: curſuſq; dabit venerata ſacerdos:

Hec sunt: que nostra liceat te voce moneri:
Vade age: et ingentē factis fer ad ethera troiam.
Que postquam vates sic ore effatus amico est:
Dona de hinc auro: grauia sectoq; elephanto
Imperat ad naues ferri: stipatq; carinis
Ingens argentum dodoneosq; lebetes
Loricam consertam hamis: auroq; trilicem.
Et conum insignis galee cristasq; comantes
Arma neoptolemi sunt: et sua dona parenti.
Addit equos additq; duces.
Remigium supplet: socios simul ingruit armis:
Interea classem velis aptare iubebat
Anchises: fieret vento mora nequa ferenti:
Quem phebi interpres multo compellat honore
Coniugio anchisa veneris dignate superbo:
Cura deum bis pergameis erepte ruinis:
Ecce tibi ausonie tellus banc arripe velis.
Et tamē hanc pelago vt preterlabare necesse est:
Ausonie pars illa procul quam pandit apollo:
Vade ait o felix nate pietate: quid vltra

Liber Tercius.

Prouehor: et fando surgentes demoror austros
Nec minus andromache digressu mesta supremo
Fert picturatas auri sub tegmine vestes.
Et phrigiam ascanio clamidem nec cedit honori:
Textilibusq; onerat donis: ac talia fatur:
Accipe et hec: manuũ tibi que monumẽta mearũ
Sint puer: et longũ andromaches testent amorẽ:
Coniugis hectoree cape dona extrema tuorũ.
O mihi sola mei super astianactis imago
Sic oculos sic ille manus: sic ora ferebat.
Et nunc equali tecum pubescceret euo:
Hos ego digrediens lachrimis affabar obortis.
Uiuite felices: quibus est fortuna peracta
Jam sua: nos alia ex alijs in fata vocamur
Uobis parta quies: nullũ maris equor arandũ est
Arua neq; ausonie semper cedentia retro
Querenda: effigiem xanthi troiamq; videtis:
Quam vestre fecere manus: melioribus opto
Auspicijs: et que fuerint minus obuia graijs:
Si quando tybrim vicinaq; tybridis arua

Intraro: gentiq; mee data menia cernam.
Cognataq; vrbes olim: populosq; propinquos
Epiro hesperia: quibus idem dardanus auctor:
Atq; idem casus vnam faciemus vtramq;
Troiã animus: maneat nostros ea cura nepotes
Prouehimur pelago vicina ceraunia iuxta.
Unde iter italiam cursusq; breuissimus vndis.
Sol ruit interea: et montes vmbrantur opaci.
Sternimur optate gremio telluris ad vndam
Sortiti remos: passimq; in littore sicco
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus
Hec dum orbem medium nox horis acta subibat
Haud segnis strato surgit palinurus: et omnes
Explorat ventos: atq; auribus aera captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia celo.
Arcturus pluuiasq; hyadas geminosq; triones
Armatumq; auro circumspicit oriona.
Postquam cuncta videt celo constare sereno:
Dat clarum e puppi signũ: nos castra mouemus
Tentamusq; viam: et velorum pandimus alas.

Liber Tercius.

Jamq; rubescebat stellis aurora fugatis.
Cũ procul obscuros colles: humilemq; videmus
Italiam: italiam primus cõclamat achates:
Italiam leto socij clamore salutant.
Tum pater anchises magnum cratera corona
Induit: impleuitq; mero: diuosq; vocauit.
Stans celsa in puppi.
Dij maris: et terre tempestatumq; potentes
Ferte viam vento facilem: et spirate secundi.
Crebrescunt optate aure: portusq; patescit
Jam ꝓior: templumq; apparet in arce minerue
Uela legunt socij: et proras ad littora torquent.
Portus ab coo fluctu curuatus in arcum
Obiecte salsa spumant aspergine cautes.
Ipse latet: gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli: refugitq; a littore templum.
Quatuor hic primũ omen equos in gramine vidi
Tondentes campum late candore niuali.
Et pater anchises bellũ o terra hospita portas.
Bello armantur equi: bellũ hec armẽta minantur.

Sed tamen ĩdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes: et frena iugo concordia ferre:
Spes est pacis aitrum numina sancta precamur
Palladis armisone: que prima accepit ouantes:
Et capita ante aras phrigio velamus amictu:
Preceptisq; beleni dederat que maxima rite.
Junoni argiue iussos adolemus honores:
Haud mora: continuo perfectis ordine votis
Cornua velatarum obuertimus antennarum:
Graiugenũq; domos suspectaq; linquimus arua
Hinc sinus herculei (si vera est fama) tarenti
Cernitur: attollit se diua lacinia contra:
Caulonisq; arces: et naufragium scillaceum:
Tum procul e fluctu trinacria cernitur etna:
Et gemitum ingentem pelagi: pulsataq; saxa
Audimus longe: fractaq; ad littora voces:
Exultantq; vada: atq; estu miscentur arene:
Et pater anchises: nimirum hec illa caribdis:
Hos belenus scopulos: hec saxa horrenda canebat
Eripite o socij: pariterq; insurgite remis

Liber Tercius.

Haud minus ac iussi faciunt: primusq; rudentem
Contorsit leuas proram palinurus ad vndas
Leuam cuncta cohors remis ventisq; petiuit.
Tollimur in celum curuato gurgite: et iidem
Subducta ad manes imo descendimus vnda
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere.
Ter spumam elisam: et rorantia vidimus astra:
Interea fessos ventus cum sole reliquit.
Ignariq; vie ciclopum allabimur oris.
Portus ab accessu ventoq; immotus: et ingens
Ipse: sed horrificis iuxta tonat etna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad ethera nubem
Turbine fumantem piceo: candente fauilla.
Attolitq; globos flammarum et sydera lambit
Interdum scopulos: auulsaq; viscera montis
Erigit eructans: liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat: fundoq; exestuat imo.
Fama est enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac: ingentemq; iusup etnam
Impositam ruptis flammam expirare caminis.

Et fessum quotiens motat latus: intremere omnem
Murmure trinacriam: et celum subtexere fumo:
Noctem illam tecti in siluis immania monstra:
Perferimus: nec que sonitum det causa videmus.
Nam necq erant astrozq ignes: nec lucidus ethra
Siderea polus: obscuro sed nubila celo
Et lunam in nymbo noz iutempesta tenebat.
Postera iamq dies primo surgebat eoo
Humentemq aurora polo dimoucrat vmbram.
Tum subito e siluis macie confecta suprema
Ignoti noua forma viri: miserandaq cultu
Procedit: supplexq manus ad littora tendit
Respicimus: dira illuuies: immissaq barba
Consertum tegmen spinis ac cetera graius
Et quondam patrijs ad troiam missus in armis
Isq vbi dardanios habitus: et troia vidit
Arma procul: paulum aspectu conterritus hesit
Continuitq gradum: mox sese ad littora preceps
Cum fletu: precibusq tulit per sydera testor:
Per superos: atq hoc celi spirabile lumen

Tollite me teucri quascūq; adducite terras:
Hoc sat erit:scio me danais e classibus vnum:
Et bello iliacos fateor petijsse penates:
Pro quo si sceleris tanta est iniuria nostri.
Spargite me in fluctus:vastoq; immergite pōto:
Si pereo manibus hominum perijsse iuuabit.
Dixerat:et genua amplexus:genibusq; volutans
Herebat.qui sit fari:et quo sanguine cretus
Hortamur:quę deinde agitet fortuna fateri.
Ipse pater dextrā anchises haud multa moratus
Dat iuueni atq; animū presenti pignore firmat
Ille hec depositā tandem formidine fatur
Sum patria ex ithaca comes infelicis vlixi
Nomine achemenides:troiā genitore adamasco
Paupere(mansissetq; vtinam fortuna)profectus
Hic me(dum trepidi crudelia lumina linquunt
Immemores socij)vasto ciclopis in antro
Deseruere:domus sanie dapibusq; cruentis
Intus opaca:ingens ipse arduus altaq; pulsat
Sidera;dij talem terris auertite pestem;

Nec visu facilis: nec dictu effabilis vlli.
Visceribus miserorum: et sanguine vescitur atro
Vidi egomet duo de numero cũ corpora nostro
Prensa manu magna medio resupinus in antro:
Frangeret ad saxum: sanieq; aspersa natarent.
Limina: vidi atro cum membra fluentia tabo
Mãderet: et tepidi tremerẽt sub dentibus artus:
Haud impune quidem: nec talia passus vlixes
Oblitus ve sui est ithacus discrimine tanto
Nam simul expletus dapibus vinoq; sepultus:
Cervicem inflexam posuit: iacuitq; per antrum
Immensum saniem eructans: et frusta cruento
Per somnum cõmixta mero: nos magna precati
Numina: sortitiq; vices vna vndiq; circum
Fundimur: et telo lumen terebramus acuto
Ingens: quod torva solum sub fronte latebat
Argolici clipei: aut phebe lampadis instar
Et tandem leti sociorum vlciscimur vmbras.
Sed fugite o miseri: fugite atq; a littore funem
Rumpite.

Liber Tercius.

Nam qualis quãtusq; cauo polipbemus in antro
Lanigeras claudit pecudes:atq; ybera preſſat
Centum alij curua hec habitant ad littora vulgo
Infandi ciclopes:atq; altis montibus errant.
Tertia iam lune ſe cornua lumine cõplent:
Cum vitam in ſiluis inter deſerta ferarum
Luſtra domoſq; trabo :vaſtoſq; ab rupe ciclopes
Proſpicio :ſonitũq; pedum vocemq; tremiſco :
Victum infelicem baccas lapidoſaq; corna
Dant rami:et vulſis paſcunt radicibus herbe.
Omnia colluſtrans hanc primũ ad littora claſſem
Conſpexi venientem huic me quecũq; fuiſſet
Addixi :ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.
Vos animã hanc potius quocũq; abſumite leto :
Vix ea fatus erat.ſummo cum monte videmus
Ipſum inter pecudes vaſta ſe molle mouentem
Paſtorem polipbemũ et littora nota petentem
Monſtrũ borrendũ informe ingẽs:cui lumẽ ademptũ
Trunca manum pinus regit et veſtigia firmat:
Lanigere comitantur oues:ea ſola voluptas

Solamenq; mali de collo fistula pendet.
Postquã altos tetigit fluctus et ad equora venit
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.
Dentibus infrendens gemitu graditurq; p equor
Jám mediũ:nec dum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice sic merito:taciticq; incidere funem:
Uertimus et proni certantibus equora remis.
Sensit:et ad sonitum vocis vestigia torsit:
Uerum vbi nulla datur dextrã affectare potestas:
Nec potis ionios fluctus equare sequendo:
Clamorẽ immensum tollit quo pontus:et omnes
Intremuere vnde:penitusq; exterrita tellus
Italie:curuisq; immugĩt etna cauernis.
At genus e siluis ciclopum:et montibus altis
Excitum ruit ad portus:et littora complet
Cernimus astantes:nec quicquã lumine toruo
Etneos fratres celo capita alta ferentes.
Concilium horrendum:quales cum vertice celso
Aerie quercus:aut conifere cipariſſi

Liber Tercius.

Constiterant:silua alta iouis:lucusue diane
Precipites metus acer agit quocūq; rudentes
Excutere:et ventis intendere vela secundis
Contra iussa monēt beleni scillamq; caribdim
Inter vtrāq; viam leti discrimine paruo
Ni teneant cursus:certum est dare lintea retro.
Ecce autem boreas angusta a sede pelori
Missus adest:huic pretereo:ostia saxo
Pantagie:megarosq; sinus:thapsumq; iacentem.
Talia monstrabat relegens errata retro:sum
Littora achemenides:comes infelicis vlixi.
Sicanio pretenta sinu iacet insula contra
Plemmirium vndosum:nomen dixere priores
Ortigiam:alpheum fama est huc elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare:qui nunc
Ore arethusa tuo siculis confunditur vndis.
Flumina magna loci iussi veneramur et inde
Exupero prepingue solum stagnantis beloi.
Hinc altas cautes:proiectaq; saxa pachinni
Radimus:et fatis nunquā concessa moueri

Eneidos

Apparet camerina procul: campiq; geloi.
Immaniſq; gela fluuij cognomine dicta:
Arduus inde agragas oſtentat maxima longe
Denia magnanimũ quondã generator equoꝝ.
Teq; datis linquo ventis palmoſa ſelinis:
Et vada dura lego ſaxis lilibeia cecis.
Hinc drepani me portus et illetabilis ora
Accipit: hinc pelagi tot tempeſtatibus actis
Heu genitorem omnis cure caſuſq; leuamen
Amitto anchiſeu: hic me pater optime feſſum
Deſeris: heu tantis ne quicquã erepte periclis.
Nec vates helenus cũ multa horrenda moueret
Nos mihi predixit luctus: non dira celeno:
Hic labor extremus: longaꝝ hec meta viarum
Hinc me digreſſum veſtris deus appulit horis.
Sic pater eneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuum curſuſq; docebat:
Conticuit tandem: factoq; hic fine quieuit.

Deſcriptio Quarti Libri.

Liber Quartus.

Ritur in quarto dido: flammasq; fatetur.
At regina graui: veneris iã carpitur igne.
Consulitur soror anna: placet succumbere amori
Fiunt sacra deis onerantur numina donis.
Itur venatum: veneris clam federa iungunt.
Facti fama volat: monitus. nunc numine diuum.
Eneas classemq; fuge socios q; parabat.
Sensit amans dido precibus conata morari
Postq; fata iubent: nec iam datur vlla facultas:
Conscenditq; piram: dixitq; nouissima verba
Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

Publij Virgilij Maronis Eneidos Liber quartus.

Eneidos

Tregina graui iamdudum saucia cura
Vulnus alit venis et cecco carpitur igni:
Multa viri virtus aio multusq recursat
Gentis honos:herent infixi pectore vultus
Verbaq:nec placidã membris dat cura quietem:
Postera phebea lustrabat lampade terras
Humentemq aurora polo dimouerat vmbram:
Cum sic vnanimem alloquitur male sana sororem
Anna soror:que me suspensam insomnia terrent:
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes:
Quem sese ore ferens:quã forti pectore et armis:
Credo equidem(nec vana fides)genus esse deoꝝ
Degeneres animos timor arguit:heu quibus ille
Jactatus fatis:que bella exhausta canebat.
Si mihi non animo fixum immotumq sederet:
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali:
Postquã primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertesum thalami tedeq fuisset:
Huic vni forsan potui succumbere culpe.
Anna fatebor enim miseri post fata sichei

Liber Quartus.

Coniugis: et ſparſos fraterna cede penates
Solus hic inflexit ſenſus animūq; labantem
Impulit: agnoſco veteris veſtigia flammę:
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat
Vel pater oīpotēs adigat me fulmine ad vmbras
Pallentes vmbras herebi: noctemq; profundam.
Ante pudor quā te violem aut tua iura reſoluam.
Ille meos primus qui me ſibi iunxit amores
Abſtulit: ille habeat ſecum: ſeruetq; ſepulchro.
Sic effata: ſinus lachrimis impleuit obortis.
Anna refert o luce magis dilecta ſorori
Sola ne perpetua mereris carpere iuuenta.
Nec dulces natos: veneris nec premia noris.
Id cinerem: aut manes credis curare ſepultos
Eſto: egram nulli quondam flexere mariti:
Non libie non ante tyro deſpectus iarbas.
Ductoreſq; alij quos aphrica terra triumphis
Diues alit. placido ne etiam pugnabis amori:
Non venit in mentem quoꝝ conſederis aruis.
Hinc getule vrbes: genus inſuperabile bello

Et numide infreni cingunt et inhospita syrtis:
Hinc deserta siti regio-latecq furentes:
Bracei:quid bella tiro surgentia dicam
Germanicq minas.
Dijs equidem auspicibus reor:et iunone secunda
Huc cursus iliacas vento tenuisse carinas:
Quã tu vbẽ soror hanc cernes:que surgere regna
Coniugio tali teucrum comitantibus armis.
Punica se quantis attollet gloria rebus.
Tu modo posce deos veniam sacrisq litatis
Indulge hospicio:causasq innecte morandi:
Dum pelago desecuit hyems:et aquosus orion
Quassateq rates:dum non tractabile celum
His dictis incensus animũ inflammauit amore:
Spemq dedit dubie menti:soluitq pudorem
Principio delubra adeunt:pacemq per aras
Exquirunt:mactant lectas de more bidentes
Legifere cereri phebogq patrigq lieo:
Junoni ante omnes cui vincla iugalia cure
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima dido

Liber Quartus.

Candentis vacce media inter cornua fundit
Aut ante ora deum pingues spaciatur ad aras.
Instauratq; diem donis pecudumq; reclusis
Pectoribus inbians spirantia consulit exta:
Heu vatū ignare mentes: quid vota furentem:
Quid delubra iuuāt: est mollis flamma medullas
Interea: et tacitum viuit sub pectore vulnus
Uritur infelix dido totaq; vagatur
Urbe furens: qualis coniecta cerua sagitta.
Quā procul incautam nemora inter cretia fixit
Pastor agens telis: liquitq; volatile ferrum
Nescius: illa fuga siluas saltusq; peragrat
Dicteos: heret latere letalis arundo.
Nunc media eneam secum per menia ducit:
Sidoniasq; obstentat opes: vrbemq; paratam:
Incipit effari: mediaq; in voce resistit.
Nunc eadem labente die cōuiuia querit
Iliacosq; iterum demens audire labores
Exposcit: pendetq; iterum narrantis ab ore.
Post vbi digressi lumenq; obscura vicissim

Luna premit: suadentq cadētia sydera somnos
Sola domo mœret vacua stratisq relictis
Incubat: illum absens absentem auditq videtq
Aut gremio ascanium genitoris imagine capta.
Detinet: infandum si fallere possit amorem.
Non cepte assurgunt turres non arma iuuentus
Exercent portus: haud propugnacula bello
Tuta parant pendent opa interrupta: minecq
Murorum ingentes equataq machina celo.
Quam simul ac tali persensit peste teneri
Cara iouis coniunx nec famam obstare furori
Talibus aggreditur venerem saturnia dictis
Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis.
Tuq puerq tuus puer magnū et memorabile numē
Una dolo diuum si femina victa duorum est.
Nec me adeo fallit veritam te menia nostra
Suspectas habuisse domos carthaginis alte
Sed qs erit modus: aut quo nūc certamine tāto:
Quin potius pacē eternam: pactosq hymeneos
Exercemus. habes quod tota mente petisti.

Liber Quartus.

Ardet amans dido: traxitq; per ossa furorem
Cõmunem hũc ergo populũ paribusq; regamus
Auspicijs: liceat phrygio seruire marito:
Dotalesq; tue tirios permittere dextre.
Olli (sensit em simulata mente locutam
Quo regnum: italie libicas auerteret oras)
Sic cõtra est ingressa venus: quis talia demens
Abnuat: aut tecum malit cõtendere bello.
Si modo qđ memoras factum fortuna sequatur:
Sed fatis incerta feror: si iuppiter vnam
Esse velit tirijs vrbem troiaq; profectis:
Miscerive probet populos: aut federa iungi
Tu coniunx: tibi fas animum tentare precando.
Perge sequar: tum sic excepit regia iuno
Mecum erit iste labor: nũc qua rõne quod instat
Confieri possit paucis aduerte docebo.
Venatum eneas: vnaq; miserrima dido
In nemus ire parant: vbi primos crastinus ortus
Extulerit titan: radijsq; retexerit orbem
His ego nigrantem cõmixta grandine nymbum

Dum trepidant alę:saltusq; indagine cingunt
Desup infundam:et tonitru celum omne ciebo
Diffugient comites:et nocte tegentur opaca.

Speluncam dido :dux et troianus eandem
Deuenient:adero et tua si mihi certa voluntas
Connubio iungam stabili.ꝓpriamq; dicabo
Hic hymeneus erit: non aduersata petenti
Annuit:atq; dolis risit citherea repertis
Oceanum interea surgens aurora relinquit.
Jt portis iubare exorto delecta iuuentus
Retia rara plagę:lato venabula ferro.
Massiliq; ruunt equites:et odora canum vis
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Penorum expectant: ostroq; insignis:et auro
Stat sonipes:ac frena ferox spumantia mandit
Tandem progreditur magna stipante caterua
Sidoniam picto chlamidem circūdata lymbo
Cui pharetra ex humero :crines nodant in aurū
Aurea purpuream subnectit fibula vestem
Nec non et phrygij comites:et letus iulus

Liber Quartus.

Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium eneas: atq; agmina iungit.
Qualis vbi hibernam liciam: tantiq; fluenta
Deserit: ac delum maternam inuisit apollo:
Instauratq; choros: mixtiq; altaria circum
Ereteiq; driopesq; fremunt: pictiq; agathirsi
Ipse iugis cinthi graditur: molliq; fluentem
Fronde premit crinē fingens: atq; implicat auro
Tela sonant humeris: haud illa senior ibat
Eneas: tantum egregio decus enitet ore.
Postq; altos ventū in montes atq; inuia lustra
Ecce fere saxi deiecte vertice capre
Decurrere iugis: alia de parte patentes
Transmittūt cursu campos: atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerāt: montesq; relinquūt
At puer ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: iamq; hos cursu: iam preterit illos
Spumantemq; dari pecora inter inertia votis
Optat aprum: aut fuluū descendere mōte leonem
Interea magno misceri murmure celum

Eneidos

Incipit:insequitur cōmixta grandine nymbus

Et tirij comites passim et troiana iuuentus

Dardaniusq; nepos veneris:diuersa per agros

Tecta metu petiere ruunt de montibus amnes

Speluncam dido dux et troianus eandem

Deueniunt:prima et tellus:et pronuba iuno

Dant signum:fulsere ignes:et conscius ether

Cōnubij:summoq; vlularunt vertice nymphe

Ille dies primus leti:primusq; malorum

Causa fuit:neq; em̄ specie fama ve mouetur:

Nec iam furtiuum dido meditatur amorem:

Cōiugium vocat:hoc p̄texit nomine culpam

Fame descriptio

Extemplo libie magnas it fama per vrbes

Fama mālum:quo non aliud velocius vllum

Mobilitate viget:viresq; acquirit eundo.

Parua metu primo:mox sese attollit in auras

Ingrediturq; solo:et caput inter nubila condit:

Illam terra parens ira irritata deorum

Extremā vt perhibent ceo enceladoq; sororem

Progenuit pedibus celerem:et pernicibus alis

Liber Quartus.

Monstrũ horrendũ ingẽs: cui ſ̃ quot corpe plume
Tot vigiles oculi ſubter mirabile dictu
Tot linguę: totidẽ ora ſonant: tot ſurrigit aures
Nocte volat celi medio: terręq; per vmbram
Stridens: nec dulci declinant lumina ſomno:
Luce ſedet cuſtos: aut ſummi culmine tecti
Turribus aut altis: et magnas territat vrbes:
Tam ficti prauiq; tenax: quam nuncia veri
Hec tum multiplici populos ſermone replebat
Gaudens: et pariter facta atq; infecta canebat
Uenisſe eneam troiano ſanguine cretum:
Cui ſe pulchra viro dignetur iungere dido:
Hunc hyemen inter ſe: luxu quam longa fouere
Regnoq; immemores: turpiq; cupidine captos
Hec paſſim dea feda virum diffundit in ora.
Protinus ad regem curſus detorquet hyarbam
Incenditq; animũ dictis: atq; aggerat iras:
Hic bãmone ſatus: rapta garamãtide nympha
Templa ioui centum latis immania regnis
Centum aras poſuit: vigilemq; ſacrauerat ignem

Excubias diuum eternas:pecudumq; cruore
Pingue solum:et varijs florentia limina sertis:
Isq; amens animi:et rumore accensus amaro
Dicitur ante aras media inter numina diuum
Multa iouem manibus supplex orasse supinis
Iupiter oipotens cui nunc maurusia pictis
Bens epulata toris leneum libat honorem
Aspicis hec:ante genitor cum fulmina torques
Ne quicquã horremus ceciq; iu nubibus ignes
Terrificant animos:et inania murmura miscent
Femina que nostris errans infinibus vrbem
Exiguam precio posuit:cui littus arandum:
Cuiq; loci leges dedimus:cõnubia nostra
Repulit:ac dominum eneam in regna recepit
Et nunc ille paris cum semiuiro comitatu
Meonia mentum mitra crinemq; madentem
Subnixus rapto potitur:nos munera templis
Quippe tuis ferimus:famãq; fouemus inanem.
Talibus orantem dictis;aramq; tenentem
Audit omnipotens: oculosq; ad menia torsit

Liber Quartus.

Regia:et oblitos fame meliozis amantes.

Tum sic mercurium alloquitur:ac talia mandat

Uade age nate:voca zephiros:et labere pennis

Dardanium3 ducem tiria carthagine qui nunc

Expectat:fatisq3 datas non respicit vrbes

Alloquere:et celeres defer mea dicta per auras:

Non illum nobis genitrix pulcerrima talem

Promisit:graiumq3 ideo bis vindicat armis:

Sed fore qui grauidã imperijs:belloq3 frementẽ

Italiam regeret:genus alto a sanguine teucri

Proderet:totum sub leges mitteret orbem

Si nulla accendit tantarum gloria rerum

Nec sup ipse sua molitur laude laborem

Ascanio ne pater romanas inuidet arces:

Quid struit:aut qua spe inimica in gente moratur

Nec prolem ausoniam:et lauinia respicit arua

Nauiger:hec summa est hic nostri nuncius esto:

Dixerat ille patris magni parere parabat

Imperio:et primum pedibus talaria nectit

Aurea:que sublimem alis siue equora supra

Eneidos

Seu terram:rapido pariter cum flamine portāt:
Tum virgam capit.hac animas ille euocat orco
Pallentes:alias sub tristia tartara mittit
Dat somnos:adimitq; et lumina morte resignat
Illa fretus agit ventos.et turbida tranat
Nubila:iamq; volans apicē et latera ardua cernit
Atlantis duri:celum qui vertice fulcit
Atlantis cinctum assidue cui nubibus atris
Piniferum caput et vento pulsatur et imbri:
Nix humeros infusa tegit:tum flumina mento
Precipitant senis:et glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens cillenius alis
Constitit hinc toto preceps se corpore ad undas
Misit:aui similis que circum littora circum
Piscosos scopulos humilis volat equora iuxta
Haud aliter terras inter celumq; volabat
Litus arenosum libie:ventosq; secabat
Materno veniens ab auo cillenia proles.
Ut primum alatis tetigit magalia plantis
Eneam fundantem arces:et tecta nouantem

Liber Quartus.

Conspicit atq; illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat: tirioq; ardebat murice lena
Demissa ex humeris diues que munera dido
Fecerat: et tenui telas discreuerat auro
Continuo inuadit: tu nunc cartbaginis alte
Fundamenta locas: pulchramq; vrorius vrbem
Extruis heu regni rerumq; oblite tuarum
Ipse deum tibi me claro demittit olympo
Regnator: celum et terras qui numine torquet
Ipse hec ferre iubet celeres mandata per auras:
Quid struis: aut qua spe libicis teris ocia terris
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum
Nec super ipse tua moliris laude laborum:
Ascanium surgentem: et spes heredis iuli
Respice cui regnum italie romanaq; tellus
Debentur: tali cillenius ore locutus
Mortales visus medio in sermone reliquit:
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram
At vero eneas aspectu obmutuit amens:
Arrectiq; horrore comes: et vox faucibus hesit

Ardet abire fuga dulcesq; relinquere terras
Attonitus tanto monitu imperioq; deorum:
Heu quid agat:quo nūc regina ambire furentem
Audeat affatu:et que prima exordia sumat.
Atq; animū nunc huc celerem nunc diuidit illuc
In partesq; rapit varias per que omnia versat:
Hec alternanti potior sententia visa est:
Mnesthea:sergestūq; vocat:fortēq; cloanthum:
Classem aptent taciti:sociosq; ad littora cogant.
Arma parent:et que sit rebus causa nouandis
Dissimulent:sese interea quādo optima dido
Nesciat:et tanto rumpi non speret amores
Tentaturum aditus:et que mollissima fandi
Tempora:quis rebus dexter modus:ocius oēs
Imperio leti parent ac iussa facessunt:
At regina dolos quis fallere possit amantem.
Presensit:motusq; excepit prima futuros:
Omnia tuta timens.eadem impia fama furenti
Detulit armari classem:cursumq; parari.
Seuit inops animi:totamq; incensa per vrbem

Liber Quartus.

Bacchatur: qualis cõmotis excita sacris
Thias: vbi audito stimulant trieterica baccho
Orgia nocturnusq; vocat clamore citheron.
Tandem bis eneam cõpellat vocibus vltro
Dissimulare etiam speraſti perfide tantum
Posse nefas: tacitusq; mea decedere terra.
Nec te noster amor: nec te data dextera quondã
Nec moritura tenet crudeli funere dido
Quin etiam hiberno moliris sydere classem
Et medijs properas aquilonibus ire per altum
Crudelis quid si non arua aliena domosq;
Ignotas peteres: et troia antiqua maneret
Troia per vndosum peteretur classibus equor:
Me nefugis: per ego has lachrimas dextrãq; tuã te
Quãdo aliud mihi iam misere nihil ipsa reliqui
Per cõnubia nostra per inceptos himeneos:
Si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquã
Dulce meum: miserere domus labentis: et istam
Oro si quis adhuc precibus locus exue mentem
Te propter libice gentes nomadumq; tyranni

Odere: infensi tirij te ꝓpter eundem
Extinctus pudor: et qua sola sydera adibam
Fama prior: cui me moribundam deseris hospes
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat:
Quid moror: an mea pigmalion dū menia frater
Destruat: aut captam ducat getulus iarbas.
Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles: si quis mihi parvulus aula
Luderet eneas: qui te tantum ore referret:
Non equidem omnino capta aut deserta viderer.
Dixerat: ille iouis monitis immota tenebat
Lumina: et obnixus curam sub corde premebat.
Tandem pauca refert: ego te que plurima fando
Enumerare vales nunquā regina negabo
Promeritam: nec me meminisse pigebit elisse
Dum memor ipse mei dum spūs hos reget artus
Pro re pauca loquar nec ego hāc abscōdere furto
Speraui (ne finge fugam) nec coniugis vnquam
Pretendi: thedas aut hec in federa veni.
Me si fata meis paterentur ducere vitam

Liber Quartus.

Auspicijs: et sponte mea cõponere curas
Urbem troianam primum dulcesq; meorum
Reliquias colerem et priami tecta alta manerent
Et recidiua manu posuissem pergama victis
Sed nunc italiam magnam grineus apollo
Italiam licie iussere capescere sortes
Hic amor: hec patria est si te carthaginis arces
Phenissam libicesq; aspectus detinet vrbis
Que tandem ausonia teucros considere terra
Inuidia est et nos fas extera querere regna
Me patris anchise quotiẽs humentibus vmbris
Nox operit terras quotiens astra ignea surgunt
Admonet in somnis et turbida terret imago
Me puer ascanius capitisq; iniuria cbari
Quẽ regno hesperie fraudo et fatalibus aruis:
Nunc etiam interpres diuũ ioue missus ab ipso
(Testor vtrumq; caput) celeres mandata p auras
Detulit ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros vocemq; bis auribus hausi
Desine meq; tuis incendere teq; querelis

mm ij

Italiam non sponte sequor
Talia dicentem iamdudum auersa tuetur
Huc illuc voluens oculos totumq; pererrat
Luminibus tacitis: et sic accensa profatur
Nec tibi diua parēs: generq; nec dardanus auctor
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus: hircaneq; admorunt vbera tigres:
Nā q̄d dissimulo: aut que me ad maiora reseruo
Num fletu ingemuit nostro: num lumina flexit
Nū lachrimas victas dedit: aut miseratus amantē est
Que quibus ante ferā: iam iam nec maxima iuno:
Nec saturnius hec oculis pater aspicit equis.
Nusquā tuta fides: eiectum littore egentem
Excepi: et regni demens in parte locaui:
Amissam classem socioq; morte reduxi:
Heu furijs incensa feror: nunc augur apollo:
Nunc licie sortes: nunc et ioue missus ab ipso
Interpres diuum fert horrida iussa per auras:
Scilicet his superis labor est: ea cura quietos
Sollicitat: neq; te teneo: neq; dicta refello

Liber Quartus.

Jsequere italiam ventis pete regna per vndas.

Sperō equidē medijs:si q̄d pia numina possunt:

Supplicia hausurum scopulis:et nomine dido

Sepe vocaturum:sequar atris ignibus absens

Et cum frigida mors anima seduxerit artus

Omnibus vmbra locis adero:dabis improbe penas

Audiā: et hec manes veniet mihi fama sub imos:

His medium dictis sermonē abrumpit:et auras

Egra fugit:secꝫ ex oculis auertit et aufert

Linquēs multa metu cunctantē:et multa parantē

Dicere:suscipiunt famule collapsaꝫ membra

Marmoreo referūt thalamo:stratisq; reponunt

At pius eneas quāquam lenire dolentem

Solando cupit:et dictis auertere curas

Multa gemēs:magnoꝫ animū labefactus amore

Jussa tamen diuum exequitur:classemq; reuisit.

Tum vero teucri incūbunt et littore celsas

Deducunt toto naues:natat vncta carina

Frondentesq; ferunt remos:et robora siluis

Jnfabricata fuge studio

Eneidos

Migrantes cernas:totaq; ex vrbe ruentes
Ac veluti ingentem formice farris aceruum
Cū populant:hyemis memores tectoq; reponūt
It nigrum campis agmen: predamq; per herbas
Conuectant calle angusto:pars grādia trudunt
Obnixe frumēta humeris:pars agmina cogunt
Castigantq; moras opere omnis semita feruet
Quis tibi tunc dido cernenti talia sensus:
Quot ve dabas gemitus:cum littora feruere late
Prospiceres arce ex summa:totumq; videres
Miscerī ante oculos tantis clamoribus equor:
Improbe amor quid non mortalia pectora cogis
Ire iterum in lachrimas: iterū tantare precando
Cogitur:et supplex animos summittere amori:
Ne quid in expertum frustra moritura relinquat
Anna vides toto properari littore circum
Undiq; cōuenere:vocat iam carbasus auras
Puppibus et leti naute imposuere coronas
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem
Et perferre soror potero:misere hoc tamen vnum

Liber Quartus.

Exequere anna mihi solam nam perfidus ille
Te colere: arcanos etiam tibi credere sensus:
Sola viri molles aditus et tempera noras.
Jsoror: atq; hostem supplex affare superbum:
Non ego cum danais troianam excidere gentem
Aulide iurauiclassem ve ad pergama misi:
Nec patris anchise cineres: manes ve reuelli
Cur mea dicta negat duras dimittere in auras
Quo ruit: extremū hoc misere det munus amanti
Expectet facilemq; fugam ventosq; ferentes
Non iam cōiugium antiquū quod prodidit oro
Nec pulchro vt latio careat regnumq; relinquat
Tempus inane peto requiem spaciumq; furori
Dum mea me victam doceat fortuna dolere
Extremam hanc oro veniam: miserere sororis:
Quā mihi cum dederis cumulatā morte relinquā.
Talibus orabat talesq; miserrima fletus
Fertq; refertq; soror: sed nullis ille mouetur
Fletibus: haud voces vllas tractabilis audit.
Fata obstant placidasq; viri deus obstruit aures:

Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini boree: nunc hinc: nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant. it stridor: et alte
Consternunt terras concusso stipite fondes:
Ipsa haeret scopulis: et quantum vertice ad auras
Aetherias: tantum radicem in tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc atq; hinc vocibus heros
Tunditur: et magno presentit pectore curas:
Mens immota manet lachrime voluunt inanes.
Tum vero infelix fatis exterrita dido
Mortem orat: tedet celi conuexa tueri:
Quo magis inceptum pagrat lucemq; relinquat
Vidit turicremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros:
Fusaq; in obscenum se vertere vina cruorem:
Hoc visum nulli: non ipsi effata sorori:
Preterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui miro quod honore colebat
Velleribus niueis: et festa fronde reuinctum:
Hinc exaudiri voces: et verba vocantis

Liber Quartus.

Uisa uirum: nox cum terras obscura teneret:
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sepe queri: et longas in fletum ducere voces:
Multaq; preterea uatum predicta priorum
Terribili monitu horrificant: agit ipse furentem
Insomnis ferus eneas semp; relinqui:
Sola sibi: semp longam incomitata uidetur
Ire uiam: et tyrios deserta querere terra:
Eumenidū ueluti demēs uidet agmina penthea
Et solem geminū: et duplicis se ostendere thebas
Aut agamemnonius scenis agitatus orestes
Armatam facibus matrem et serpentibus atris
Cum fugit: ultriceq; sedent in limine dire.
Ergo ubi concepit furias euicta dolore:
Decreuitq; mori tempus secum ipsa modumq;
Exigit: et mestam dictis aggressa sororem
Consilium uultu tegit: ac spem fronte serenat:
Inueni germana uiam (gratare sorori:)
Que mihi reddat eum uel eo me soluat amantem
Oceani finem iuxta solemq; cadentem

Eneidos

Ultimus ethiopũ locus est: vbi maximus athlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum
Hinc mihi massille gentis monstrata sacerdos
Hesperidum templi custos: epulasq; draconi
Que dabat: et sacros seruabat in arbore ramos
Spargens humida mella: soporiferũq; papauer
Hec se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit: ast alijs duras inmittere curas:
Sistere aquã fluuijs: et vertere sydera retro:
Nocturnosq; ciet manes: mugire videbis
Sub pedibus terrã: et descẽdere mõtibus ornos
Testor chara deos et te germana tuumq;
Dulce caput magicas inuitam accingier artes
Tu secreta piram tecto interiore sub auras
Erige: et arma viri thalamo que fixa reliquit
Inpius: exuuiasq; omnes: lectumq; iugalem
Quo perij super imponas: abolere nefandi
Cuncta viri monimẽta iubet: mõstratq; sacerdos
Hec effata silet: pallor simul occupat ora
Non tamen anna nouis pretexere funera sacris

Liber Quartus.

Germanam credit: nec tantos mente furores
Concipit: aut grauiora timet quã morte sichei:
Ergo iussa parat.
At regina pira penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti thedis atq; ilice secta
Intenditq; locũ sertis: et fronde coronat
Funerea: super exuuias: ensemq; relictum
Effigiemq; toro locat haud ignara futuri.
Stant are circum et crines effusa sacerdos
Tercentum tonat ora deos herebumq; chaosq;
Tergeminãq; hecatem: tria virginis ora diane
Sparserat et latices simulatos fontis auerni:
Falcibus et messe ad lunam queruntur abenis
Pubentes herbe nigri cum lacte veneni
Queritur et nascentis equi de fronte reuulsus
Et matri prereptus amor:
Ipsa mola manibusq; pijs altaria iuxta
Unum exuta pedem vinclis in veste recincta
Testatur moritura deos et conscia fati
Sidera: tum si quod non equo federe amantes
Cure numen habet iustumq; memorq; precatur
Nox erat: et placidũ carpebant fessa saporem

Eneidos

Corpora per terras: siluasq; et seua quierant:
Equora cum medio voluuntur sydera lapsu
Cum tacet omnis ager: pecudes pictæq; volucres
Quæq; lacus late liquidos quæq; aspera dumis
Rura tenent: somno posite sub nocte silenti:
Lenibant curas: et corda oblita laborum.
At non infelix animi phenissa: nec vnquam
Soluitur in somnos: oculis ve: aut pectore nocte
Accipit: ingeminant cure: rursusq; resurgens
Seuit amor: magnoq; irarum fluctuat estu:
Sic adeo insistit: secumq; ita corde volutat:
En quid ago: rursus nec procos irrisa priores
Experiar: nomadumq; petam cõnubia supplex:
Quos ego sum totiens iam dedignata maritos:
Iliacas igitur classes: atq; vltima teucrum
Jussa sequar: quia ne auxilio iuuat ante leuatos
Et bene apud memores veteris stat gratia facti:
Quis me autem fac velle sinet: ratibusq; superbis
Irrisam accipiet: nescis heu perdita necdum
Laomedontee sentis periuria gentis:
Quid tum: sola fuga nautas comitabor ouantes:
An tyrijs omniq; manu stipata meorum

Liber Quartus.

Inferar: et quos sydonia vix vrbe reuelli:
Rursus agam pelago: et ventis dare vela iubebo:
Quin morere vt merita es: ferroq; auerte dolorē
Tu lachrimis euicta meis: tu prima furentem
His germana malis oneras atq; obijcis hosti:
Non licuit thalami expertā sine crimine vitam
Degere more fere: tales nec tangere curas
Non seruata fides cineri promissa sicheo:
Tantos illa suo rumpebat pectore questus
Eneas celsa in puppi iam certus eundi
Carpebat somnos: rebus iam rite paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis: rursusq; ita visa monere est
Omnia mercurio similis: vocemq; coloremq;
Et crines flauos: et membra decora iuuente:
Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos
Nec que circumstent te deinde pericula cernis
Demens: nec zephiros audis spirare secundos.
Illa dolos: dirumq; nephas in pectore versat
Certa moli: variosq; irarum fluctuat estu.
Nō fugis hinc preceps: dum precipitare potestas
Jam mare turbari trabibus: fetuasq; videbis,

Colucere faces: iam feruere littora flammis
Site bis attigerit terris aurora morantem.
Eia age: rumpe moras: varium et mutabile semp
Femina: sic fatus nocti se immiscuit atre.
Tum vero eneas subitis exterritus vmbris
Corripit e somno corpus socios; fatigat.
Precipites vigilate viri: et considite transtris
Soluite vela citi: deus ethere missus ab alto
Festinare fugam: torto; incidere funes
Ecce iterum stimulat: sequimur te sancte deorum
Quisquis es imperio; iterū paremus ouantes.
Adsis o placidusq; iuues et sydera celo
Dextra feras dixit vaginaq; eripit ensem
Fulmineum: strictoq; ferit retinacula ferro
Idem oēs simul ardor habet: rapiuntq; ruuntq;
Littora deseruere: latet sub classibus equor
Annixi torquent spumas et cerula verrunt.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Titoni croceum linquens aurora cubile
Regina e speculis vt primum albescere lucem
Vidit: et equatis classem procedere velis
Littoraq; et vacuos sensit sine remige portus

Liber Quartus.

Tergq quaterq manu pectus pcussa decorum
Flauentesq abscissa comas: proh iuppiter: ibit
Hic ait: et nostris illuserit aduena regnis:
Non arma expedient totaq et vrbe sequentur
Deripientq rates: alij naualibus ite:
Ferte citi flammas: date tela: impellite remos
Quid loquor: aut vbi sum: que mentē insania mutat
Infelix dido: nunc te facta impia tangunt.
Tum decuit cum sceptra dabas: en dextra fideq
Quem secum patrios aiunt portare penates:
Quē subijsse humeris cōfectum etate parentem
Non potui arreptum diuellere corpus: et vndis
Spargere: non socios non ipsum assumere ferro
Ascanium: patriisq epulandū apponere mensis:
Uerum anceps pugne fuerat fortuna fuisset:
Quem metui moritura: faces in castra tulissem:
Implessemq fores flammis: natumq: patremq
Cū genere extinxem: memet super ipsa dedissem:
Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras:
Tuq harum interpres curarum et cōscia iuno
Nocturnisq hecate triuijs vlulata per vrbes/
Et dire vltrices: et dij morientis elisse

Eneidos

Accipite hec: meritũq; malis aduertite numen:
Et nostras audite preces: si tangere portus
Infandum caput: ac terris adnare necesse est:
Et si fata iouis poscunt hic terminus heret.
At bello audacis populi vexatus: et armis
Finibus extoris: complexu auulsus iuli
Auxilium imploret: videatq; indigna suorum
Funera: nec cum se sub leges pacis inique
Tradiderit: regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diẽ: mediaq; inhumatus harena
Hec precor: hãc vocẽ extremã cũ sanguine fundo.
Tum vos o tyrĩ: stirpem et genus omne futurum
Exercete odĩs: cineriq; hec mittite nostro
Munera: nullus amor populis: nec federa sunto:
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor:
Qui face dardanios ferroq; sequare colonos.
Hunc olim quocũq; dabunt se tempore vires:
Littora littoribus contraria: fluctibus vndas
Imprecor: arma armis pugnent: ipsiq; nepotes.
Hec ait: et partes animum versabat in omnes
Inuisam querens quãprimum obrumpere lucem.
Tum breuiter barcen nutricem affata sichei:

Liber Quartus.

Flamꝫ suam patria antiqua cinis ater habebat
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus lymphis ꝓperet fluuiali spargere lympha:
Et pecudes secum:et monstrata piacula ducat:
Sic veniat:tuꝫ ipsa pia tege:tempora vitta:
Sacra ioui stigio :que rite incepta paraui
Perficere est animus finemꝫ imponere curis:
Dardanijꝫ rogum capitis:ꝑmittere flamme:
Sic ait:illa gradum studio celerabat anili:
At trepida et ceptis immanibus effera dido
Sanguineam voluens aciē:maculisꝫ trementes
Interfusa genas:et pallida morte futura
Interiora domus irrumpit limina:et altos
Conscendit furibunda rogos:ensemꝫ recludit:
Dardanium:non bos quesitum munus in vsus.
Hic postquam iliacas vestes notumꝫ cubile
Conspexit paulum lachrimis et mente morata
Incubuitꝫ toro :dixitꝫ nouissima verba:
Dulces exuuiꝫ dum fata deusꝫ sinebant.
Accipite hanc animam:meꝫ his exoluite curis
Vixi:et quem dederat cursum fortuna peregi
Et nunc magna mei sub terras ibit ymago

Urbem preclaram statuit: mea menia vidi
Ultra virum penas inimico a fratre recepi
Felix heu nimium: felix si littora tantum
Nusquã dardanie tetigissent nostra carine.
Dixit et os impressa toro moriemur inulte
Sed moriamur ait: sic sic iuuat ire sub vmbras
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanius: et nostre secum ferat omnia mortis
Dixerat: atq; illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites: ensemq; cruore
Spumantem sparsasq; manus: it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbem:
Lamentis gemituq;: et femineo vlulatu
Tecta fremũt: resonat magnis plangoribus ether
Non aliter quã si immissis ruat hostibus omnis
Carthago: aut antiqua tirus flammeq; furentes
Culmina perq; hominum: voluantur perq; deorũ
Audijt exanimis trepidoq; exterrita cursu
Unguibus ora soror fedans: et pectora pugnis
Per medios ruit: ac morientem nomine clamat
Hoc illud germana fuit me fraude petebas
Hoc rogus iste mibi: hoc ignes areq; parabant

Liber Quartus.

Quid primũ deserta querar: comitem ne sororem
Spreuisti moriens: eadem me ad fata vocasses:
Idem ambas ferro dolor: atq; eadẽ hora tulisset
His etiam struxi manibus: patriosq; vocaui
Voce deos: sic te vt posita crudelis adessem.
Extinxi te: meq; soror: populumq; patresq;
Sidonios: urbemq; tuam: date vulnera limphis
Abluam: et extremus siquis sup̃ halitus errat
Ore legam: sic fata gradus euaserat altos
Semianimẽq; sinu germanam amplexa fouebat:
Cum gemitu: atq; atros siccabat veste cruores
Illa graues oculos conata attollere rursus
Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens cubitoq; inuita leuauit:
Ter reuoluta toro est: oculisq; errantibus alto
Quesiuit celo lucem: ingemuitq; reperta
Tum iuno omnipotens longũ miserata dolorem
Difficilesq; obitus irim demisit olimpo:
Que luctantem animam: nexosq; resolueret artus
Nam quia nec fato: merita nec morte peribat:
Sed misera ante diem subitoq; accensa furore
Nondum illi flauum proserpina vertice crinem

Eneidos

Abstulerat stigioq; caput damnauerat orco.

Ergo iris croceis per celum roscida pennis

Mille trahens varios aduerso sole colores

Deuolat et supra caput astitit: hunc ego diti

Sacrum iussa fero: teq; isto corpore soluo.

Sic ait: et dextra crinem secat omnis et vna

Dilapsus calor: atq; in ventos vita recessit

De scriptio quinti libri.

Vlintus hz ludos: et classem corripit ignis

Nauigat eneas siculas defertur ad oras.

Ludos ad tumulum faciunt: certamina ponunt.

Prodigiosa: et cunctis ardens allapsa sagitta:

Iris nutricem habitu mentita senili

Incendit naues subitus, quas vindicat imber:

In somnis pater anchises que bella gerenda

Quoq; duce ad manes possit descendere narrat

Transcribit matres vbi: populumq; volentem

Et placidum eneas palinurum querit in vndis.

Publij Virgilij Maronis Eneidos Liber quintus.

Liber Quintus.

Interea mediū eneas iam classe tenebat
Certus iter: fluctusq; atros aquilone secabat
Menia respiciens: que iam infelicis elisse.
Collucent flammis que tantum accenderit ignem:
Causa latet: duri magno; sed amore dolores
Polluto notumq; furens quid femina possit
Triste per augurium teucrorum pectora ducunt.
Ut pelagus tenuere rates: nec iam amplius vlla
Occurit tellus maria vndiq; et vndiq; celum:
Olli ceruleus supra caput astitit imber
Noctē hyemēq; ferens: et inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi palinurus ab alta
Heu quianam tanti cinxerunt ethera nymbi:
Quidue pater neptune paras: sic deinde locutus
Colligere arma iubet validisq; incūbere remis
Obliquatq; sinus in ventum ac talia fatur:
Magnanime enea non si mihi iuppiter autor
Spondeat: hoc sperem italiam contingere celo
Mutati transuersa fremunt: et vesper ab atro
Consurgunt venti: atq; in nubem cogitur aer:
Nec nos obniti: contra nec tendere tantum
Sufficimus: superat quoniam fortuna sequamur

Eneidos

Quoꝯ vocat: vertamus iter: nec littora longe
Fida reor: fraterna ericis portusꝯ sicanos:
(Si modo rite memor: seruata remetior astra:)
Tum pius eneas equidem sic poscere ventos
Jamdudum et frustra cerno te tendere contra
Flecte viam velis: an sit mihi gratior vlla
Quoue magis fessas optem dimittere naues:
Quaque dardanium tellus mihi seruet acestem
Et patris anchise gremio cõplectitur ossa
Hec vbi dicta: petunt portus: et vela secundi
Intendunt zephiri: fertur cita gurgite classis:
Et tandem leti note aduertuntur harene:
At procul excelso miratus vertice montis.
Aduentum: sociasꝯ rateſcꝯ: occurrit acestes
Horridus in iaculis: et pelle libistidis vrſe
Troia crinisso conceptum flumine mater
Quẽ genuit veterum non immemor ille parentum
Gratatur reduces: et gaza letus agresti
Excipit: ac fessos opibus solatur amicos.
Postera cum primo stellas oriente fugarat
Clara dies: socios in cetum littore ab omni
Aduocat eneas: tumuliꝯ ex aggere fatur

Liber Quintus.

Dardanide magni genus alto a sanguine diuum
Annuus exactis completur mensibus orbis
Ex quo reliquias diuinaq; ossa parentis
Condidimus terramq; sacrauimus aras
Iamq; dies nisi fallor adest: quē semp acerbum
Semp honoratum (sic dij voluistis) habebo:
Hunc ego getulis agerem si syrtibus exul
Argolicoue mari deprensus et vrbe micene
Annua vota tamen: solemnisq; ordine pompas
Exequerer: strueremq; suis altaria donis
Nunc vltro ad cineres ipsius et ossa parentis
(Haud equidē sine mēte reor: sine numine diuū)
Adsumus: et portus delati intramus amicos.
Ergo agite: et cuncti letum celebremus honorem
Poscamus vētos: atq; hec mea sacra quotannis
Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum vobis troia generatus aceste
Dat numero in capita diuos: adhibete penates
Et patrios epulis: et quos colit hospes aceste
Preterea si noua diem mortalibus almum
Aurora extulerit: radijsq; retexerit orbem
Prima cite teucris ponam certamina classis:

Eneidos

Quicq pedum cursu valet et qui viribus audax
Aut iaculo incedit melior leuibusq sagittis:
Seu crudo fidit pugnam cõmittere cestu.
Cuncti ad sint: meritiq expectent premia palme
Ore fauete omnes: et cingite tempora ramis:
Sic fatus: velat materna tempora myrto:
Hoc belinus facit: hoc cui maturus aceſtes:
Hoc puer ascanius sequitur: quos cetera pubes
Ille e concilio multis cum milibus ibat
Ad tumulũ: magna medius comitante caterua
Hic duo rite mero libans carthesia baccho
Fundit humi: duo lacte nouo: duo sanguine sacro
Purpureosq iacit flores: ac talia fatur.
Salue sancte parens: iterum saluete recepti
Nequicquã cineres: animeq vmbreq paterne.
Non licuit fines italos fataliaq arua
Nec tecum ausoniũ: quicũq est querere tybrim
Diserat hec: adita cũ lubricus anguis ab imis
Septem ingẽs gyros septena volumina trahit
Amplexus placide tumulum lapsusq per aras
Cerulee cui terga notẽ maculosus et auro
Squamã incendebat fulgor: ceu nubibus arcus

Liber Quintus.

Dilletrahit varios aduerso sole colores.
Obstupuit visu eneas: ille agmine longo.
Tandem inter pateras et leuia pocula serpens
Libauitq; dapes rursusq; innoxius imo
Successit tumulo et depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores
Incertus genium ne loci: famulum ne parentis
Esse putet: cedit quinas de more bidentes:
Totq; sues: totidem nigrantes terga iuuencos
Uinaq; fundebat pateris animamq; vocabat
Anchise magni: manesq; acheronte remissos:
Nec non et socios quæ cuiq; est copia læti
Dona ferũt: onerantq; aras: mactantq; iuuencos:
Ordine abena locant alij fusiq; berbam
Subijciunt veribus prunas: et viscera torrent.
Expectata dies aderat: nouamq; serena
Auroram phetontis equi iam luce vehebant:
Famaq; finitimos: et clari nomen aceste
Excierat: leto complerant littora cetu
Uisuri eneadas: pars et certare parati.
Dunera principio ante oculos circoq; locantur
In medio sacri tripodes: viridesq; corone

Et palme pretium victoribus armaq; et ostro
Perfuse vestes argenti auriq; talenta:
Et tuba cõmissos medio canit aggere ludos.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quatuor ex omni delecte classe carine:
Velocem mnestheus agit acri remige pistrim
Mnestheus: genus a quo nomen memi:
Mnestheus italus: genus ingentemq; gyas ingenti mole chimeram
Urbis opus: triplici pube quã dardana versu
Impellunt: terno consurgunt ordine remi:
Sergestusq; domus tenet a quo sergia nomen
Centauro inuehitur magna: scillaq; cloanthus
Cerulea: genus vnde tibi romane cloanthi.
Est procul in pelago saxum spumantia contra
Littora quod tumidis submersum tõditur olym
Fluctibus: hiberni condunt vbi sydera cori:
Tranquillo silet immotaq; attollitur vnda
Campus: et apricis statio gratissima mergis
Hic viridem eneas frondenti ex ilice metam
Constituit signũ nautis pater: vnde reuerti
Scirent: et longos vbi circũflectere cursus
Tum loca sorte legunt: ipsisq; in puppibus auro:

Liber Quintus.

Ductores longe effulgent ostroq decori.
Cetera populea vestitur fronde iuuentus:
Nudatosq humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris: intentaq brachia remis
Intenti expectant signum: exultantiaq haurit.
Corda pauor pulsans laudumq arrecta cupido
Inde vbi clara dedit sonitū tuba finibus omnes
Haud mora prosiluere suis: ferit etbera clamor
Nauticus adductis spumant freta versa lacertis:
Infidunt pariter sulcos: totumq dehiscit
Conuulsum remis: rostrisq stridentibus equor.
Non tam precipites bijugo certamine campum
Corripuere: ruuntq effusi carcere currus
Non sic immissis aurige vndantia lora
Concussere iugis: pronique in verba pendent.
Tum plausu fremituq virum studijsq fauentum
Consonat omne nemus: vocemq inclusa volutāt
Littora: pulsati colles clamore resultant
Effugit ante alios: primusq elabitur vndis
Turbā inter fremitūq gias: quē deinde cloanthus
Consequitur melior remis: sed pondere pinus
Tarda tenet: post hos equa discrimine pistris oo iij

Eneidos

Centauruſq; locum tendunt ſuperare priorem
Et nunc piſtris abit: nunc victam preterit ingens
Centaurus nunc vna ambe: iunctiſq; feruntur
Frontibus et longe ſulcant vada ſalſa carine:
Jamq; ꝓpinquabant ſcopulo: metamq; tenebant
Cum princeps. medioq; gias in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce menetem
Quo tantū mihi dexter abis: huc dirige curſum:
Littus ama: et leuas ſtringat ſine palmula cautes
Altum alij teneant dixitq; ſed ceca menetes
Saxa timens proram pelagi detorquet ad vndas
Quo diuerſus abis: iterum pete ſaxa menete
Cum clamore gias reuocabat: et ecce cloanthum
Reſpicit inſtantem tergo: et ꝓpiora tenentem
Jlle inter nauemq; gie: ſcopuloſq; ſonantes
Radit iter leuum interior ſubitoq; priorem
Preterit: et metis tenet equora tuta relictis
Tum vero exarſit iuueni dolor oſſibus ingens
Nec lachrimis caruere gene: ſegnemq; menetem
Oblitus decoriſq; ſui: ſociumq; ſalutis
In mare precipitem puppi deturbat ab alta:
Ipſe gubernaculo rector ſubit: ipſe magiſter

Liber Quintus.

Hortaturq; viros: clauumq; ad littora torquet
At grauis vt fundo vix tandem redditus imo est
Jam senior madidaq; fluens in veste menetes
Summa petit scopuli: siccaq; in rupe resedit:
Illum et labentem teucri et risere natantem
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus:
Hic leta extremis spes est accensa duobus
Sergesto mnesteoq; gian superare morantem
Sergestus capit ante locum scopuloq; ꝓpinquat
Nec tota tamen ille prior precunte carina
Parte prior: ptem rostro premit emula pistris.
At media socias incedens naue per ipsos
Hortatur mnestheus: nunc nūc insurgite remis
Hectorei socij: troie quos sorte suprema
Delegi comites: uunc illas promite vires
Hunc animos: quibus in getulis syrtibus vsi:
Jonioq; mari: maleceq; sequacibus vndis:
Non iā prima peto mnestheus: neq; vincere certo
Quāquā o sed superēt: quibus hoc neptune dedisti
Extremos pudeat redijsse: hoc vincite ciues
Et probibete nefas: olli certamine summo
Procumbunt vastis tremit ictibus erea pupis

Eneidos

Subtrahiturq; solū: tum creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit sudo: fluit vndiq; riuis
Attulit ipse viris optatum casus honorem
Hāq; furens animi dūm proram ad saxa suburget
Interior: spacioq; subit sergestus iniquo
Infelix saxis in procurrentibus hesit:
Concusse cautes: et acuto in murice remi
Obnixi crepuere: illisaq; prora pependit
Consurgunt nautę: at magno clamore morantur
Ferrataq; trudes: et acuta cuspide contos
Expediunt: fractoq; legunt in gurgite remos
At letus mnestheus: succīssuq; acrior ipso
Agmine remorum celeri: ventisq; vocatis
Prona petit maria: et pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subito cōmota columba
Cui domus: et dulces latebroso in pumice nidi:
Fertur in arua volās: plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum. celeres neq; cōmouet alas.
Sic mnestheus: sic ipsa fuga secat vltima pistris
Equora. sic illam fert impetus ipse volantem:
Et primum in scopulo luctantem deserit alto:

Liber Quintus.

Sergestum: breuibusq; vadis: frustraq; vocantē
Auxilia: et fractis discentem currere remis:
Inde gyan: ipsamq; ingenti mole chimeram
Consequitur: cedit quoniā spoliata magistro est
Solus iamq; ipso superest in fine cloanthus
Quem petit: et summis annixus viribus urget
Tum vero ingeminat clamor: cunctiq; sequētem
Instigant studijs: resonat clamoribus æther.
Hi primum decus: et partū indignātur honorem
Ni teneant vitamq; volunt pro laude pacisci:
Hos successus alit: possunt: quia posse videntur
Et fors equatis cepissent præmia rostris
Ni palmas ponto tendens vtraq; cloanthus
Iudissetq; preces: diuosq; in vota vocasset:
Dij quibus imperium pelagi quoq; equora curro
Vobis letus ego hoc cādentem in littore taurum
Constituam ante aras voti reus: extaq; salsos
Proijciam in fluctus: et vina liquentia fundam.
Dixit: eumq; imis sub fluctibus audijt omnis
Nereidum phorciq; chorus panopeaq; virgo
Et pater ipse manu magna portunus euntem
Impulit: illa notho citius volucriq; sagitta

Ad terram fugit: et portu se condidit alto

Tum satus anchisa cunctis ex more vocatis

Victorem magna preconis voce cloantbum

Declarat: viridiq; aduelat tempora lauro

Duneraq; in naues ternos aptare iuuencos:

Vinaq; et argenti magnum dat ferre talentum

Ipsis precipuos ductoribus addit honores

Victori chlamidem auratam quā plurima circū

Purpura meandro; duplici melibea cucurrit

Intertuscq; puer frondosa regius ida

Veloces iaculo ceruos: cursuq; fatigat

Acer anbelanti similis: quem preceps ab ida

Sublimen pedibus rapuit iouis armiger vncis

Longeui palmas: ne quicquā ad sydera tendunt

Custodes. seuitq; canum latratus in auras.

At qui deinde locum tenuit virtute secundum

Leuibus hunc hamis cōsertam: auroq; trilicem

Loricam: quam domo leo detraxerat ipse

Victor apud rapidum simoenta sub ilio alto

Donat habere viro decus: et tutamen in armis

Vix illam famuli pbegeus: sagariscq; ferebant

Multiplicem: cōnixi humeris: indutus at olim

Liber Quintus.

Demoleus cursu palantes troas agebat
Terciadona facit geminos ex ere lebetes
Cymbiaq; argento perfectaq; aspera signis
Jamq; adeo donati omnes: opibusq; superbi
Puniceis ibant cuincti tempora tenis
Cum seuo e scopulo multa vix arte reuulsus
Amissis remis: atq; ordine debilis vno
Irrisam sine honore ratem sergestus agebat:
Qualis sepe vie deprensus in aggere serpens
Aerea quē obliquū rota transiit: aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo: lacerumq; viator
Aequicquā longos fugiens dat corpore tortus
Parte feror: ardensq; oculis: et sybila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis: seq; in sua membra plicantem:
Tali remigio nauis se tarda mouebat::
Uela facit tamen et plenis subit ostia velis
Sergestum eneas promisso munere donat
Seruatam ob nauem letus socios q; reductos:
Olli serua datur operum baud ignara minerue
Cressa genus pholegeminiq; sub vbere nati
Hoc pius eneas misso certamine tendit

Gramineum in campū: quē collibus vndiq; curuis
Lingebant siluę: mediaq; in valle theatri
Circus erat: quo se multis cum milibus heros
Consessu medium tulit: extructoq; resedit
Hic qui forte velint rapido cōtendere cursu
Inuitat precijs animos: et premia ponit:
Undiq; cōueniunt teucri: mixtiq; sicani:
Nisus et eurialus primi:
Eurialus forma insignis viridiq; iuuenta
Nisus amore pio pueri quos deinde secutus
Regius egregia priami de stirpe diores:
Hunc salius simul: et patron: quo; alter acarnam
Alter ab arcadia tegee de sanguine gentis:
Tum duo trinacrij iuuenes helymus: panopesq;
Assueti siluis comites senioris aceste:
Multi preterea: quos fama obscura recondit:
Eneas quibus in medijs sic deinde locutus:
Accipite hec animis: letasq; aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit
Bnosia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula: celataq; argento ferre bipennem:
Omnibus hic erit vnus bonos: tres premia primi

Liber Quintus

Accipient: flauaq; caput nectentur oliua.
Primus equũ pbaleris insignem virtus habeto:
Alter amazoniam pharetram: plenamq; sagittis
Threicijs: lato quam circumplectitur auro
Balthcus: et tereti subnectit fibula gemma
Tertius argolica hac galea cõtentus abito.
Hec vbi dicta locum capiunt: signoq; repente
Eorripiunt spacia audito: limenq; relinquunt
Effusi nymbo similes: simul vltima signant:
Primus abit: longeq; ante omnia corpora nisus
Emicat: et ventis: et fulminis ocior alis
Proximus huic longo: sed proximus interuallo
Insequitur salius: spacio post deinde relicto
Tercius eurialus
Eurialũq; belimus sequitur quo deinde sub ipso
Ecce volat: calcemq; terit iam calce diores
Incũbens humero: spacia et si plura super sint
Transeat elapsus prior: ambiguumq; relinquat:
Iamq; fere spacio extremo fessiq; sub ipsum
Finem aduentabant: leui cum sanguine nisus
Labitur infelix: cesis vt forte iuuencis
Fusus humũ: viridesq; sup madefecerat herbas

Eneidos

Hic iuuenis iam victor ouans vestigia presso
Haud tenuit titubata solo: sed pronus in ipso
Concidit: immundoq; limo: sacroq; cruore.
Non tamen curialis: non ille oblitus amorum
Nam sese opposuit salio per lubrica surgens;
Ille autem spissa iacuit reuolutus harena:
Emicat curialus: et munere victor amici
Prima tenet: plausuq; volat: fremituq; secundo
Post helimus subit: et nūc tercia palma diores
Hic totum cauee consessum ingentis: et ora
Prima patrū magnis salius clamoribus implet:
Ereptumq; dolo reddi sibi poscit honorem
Tutatur fauor curialum: lachrimeq; decore
Gratior: et pulchro veniens in corpore virtus
Adiuuat: et magna proclamat voce diores:
Qui subijt palme: frustraq; ad premia venit
Ultima: si primi salio redduntur honores.
Tum eneas vestra inquit munera vobis
Certa manēt pueri: et palmā mouet ordine nemo:
Deliceat casum miserari insontis amici:
Sic fatus tergum getuli immane leonis
Dat salio villis onerosum atq; vnguibus aureis

Liber Quintus

Hic nisus si tanta inquit sunt premia victis
Et te lapsorum miseret que munera niso
Digna dabis: primā meruī: qui laude coronam
Ni me que salium fortuna inimica tulisset
Et simul his dictis faciem ostentabat: et vdo
Turpia membra fimo risit pater optimus olli:
Et clipeum efferri iussit didimaonis artes:
Neptuni sacro danais de poste refixum
Hoc iuuenem egregiū prestanti munere donat.
Post vbi confecti cursus et dona peregit
Nunc si cui virtus: animusq; in pectore presens
Adsit: et euictis attollat brachia palmis
Sic aiit et geminū pugne proponit honorem
Victori velatum auro: vittisq; iuuencum:
Ensem: atq; insignem galeam solatia victo:
Hec mora cōtinuo vastis cum viribus effert
Ora dares: magnoq; virum se murmure tollit
Solus qui pariem solitus contendere contra:
Idēq; ad tumulū: quo maximus occubat hector
Victorem buten immani corpore: qui se
Bebrecia veniens amici de gente ferebat
Perculit: et fulua moribundū extendit harena

proponit secūd certame) ℔ resūd nugno dares Iunior ab antello seniore ductus hero virtute fuit ℭ
Inuitat ad certamē resūd dñm amic a ridendo prima syllaba nō diphthongo ℔ diphthongo nisi ℔ nō sine diphthongo nisi ℔ nō sine diphthongo nisi ℔ nō sine diphthongo

Eneidos

Talis prima dares caput altum in prelia tollit.
Ostenditq; humeros latos: alternaq; iactat
Brachia protendens: et verberat ictibus auras:
Queritur binc alius: nec quisquã ex agmine tanto
Audet adire virum: manibusq; inducere cestus:
Ergo alacris: cunctosq; putans excedere pugna:
Enee stetit ante pedes: nec plura moratus:
Tum leua taurum cornu tenet: atq; ita fatur:
Nate dea: si nemo audet se credere pugne
Que finis standi: quo me decet vsq; teneri
Ducere dona iube: cuncti simul ore fremebant:
Pardanide: reddiq; viro promissa iubebant:
Dic grauis entellum dictis castigat acestes
Proximus vt viridante toro consederat herbe:
Entelle heroum quondam fortissime frustra:
Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines: vbi nunc nobis deus ille magister
Ne quicquã memoratus erit: vbi fama per oẽm
Trinacriam: et spolia illa tuis pendentia tectis.
Ille sub bec: non laudis amor: nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet: frigentq; effete in corpore vires.

Liber Quintus

Si mihi que quondã fuerat: quaq; improbus iste
Exultat fidens: si nunc foret illa inuenta:
Haud equidẽ precio inductus: pulchroq; iuuenco
Uenissem: nec dona moror: sic deinde locutus
In medium geminos immani pondere cestus
Proiecit: quibus acer erat in prelia suetus
Ferre manum: duroq; intendere brachia tergo:
Obstupuere animi tantorum: ingentia septem
Terga boum plumbo insuto: ferroq; rigebant:
Ante omnes stupet ipse dares: longeq; recusat:
Magnanimusq; anchisiades: et pondus: et ipsa
Huc illuc vinctorum immensa volumina versat:
Tum senior tales referebat pectore voces:
Quid si quis cestus ipsius: et herculis arma
Uidisset: tristemq; hoc ipso in littore pugnam:
Hec germanus erat quondã tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc: sparsoq; infecta cerebro:
His magnum alcidem cõtra stetit: his ego suetus
Dum melior vires sanguis dabat: emula nec dum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus:
Sed si nostra dares hec troius arma recusat:
Idq; pio sedet enee: probat autor: acestes:

Eneidos

Equetus pugnas: ericis tibi terga remitto.
Solue metus: et tu troianos exue cestus:
Hec fatus duplicem ex humeris deiecit amictū:
Et magnos membroꝝ artus magna ossa lacertosq̄
Exuit: atq̄ ingens media consistit harena.
Tum satus anchisa cestus pater extulit equos:
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus vterq̄.
Brachiaq̄ ad superas intentus extulit auras.
Abduxere retro longe capita ardua ictu:
Immiscentq̄ manus manibus: pugnāq̄ lacessunt
Ille pedum melior motu: fretusq̄ iuuenta.
Hic membris: et mole valēs: sed tarda trementi.
Genua labāt: vastos quatit eger anhelitus artus.
Multa viri ne quicquā inter se vulnera iactant:
Multa cauo lateri ingeminānt: et pectore vastos
Dant sonitus: erranteq̄ aures: et tempora circum
Crebra manus duro crepitant sub vulnere male
Stat grauis entellus nisuq̄ immotus eodem
Corpore tela modo: atq̄ oculis vigilantibus exit
Ille velut celsam oppugnat: qui molibus vrbem:
Aut montana sedet circum castella sub armis:

Liber Quintus

Nunc hos: nunc illos aditus: omnemq; pererrat:
Arte locum: et varijs assultibus irritus vrget:
Ostendit dextram insurgens entellus: et alte.
Extulit: ille ictum venientem a vertice velox
Preuidit: celeriq; elapsus corpore cessit:
Entellus vires in ventum effudit: et vltro:
Ipse grauis grauiterq; ad terram pondere vasto
Concidit: vt quondã caua cõcidit aut erimanthо
Aut ida in magna radicitus eruta pinus.
Consurgunt studijs teucri: et trinacria pubes:
It clamor celo: primusq; accurrit acestes:
Equeumq; ab humo miserans attollit amicum
At non tardatus casu: neq; territus heros
Acrior ad pugnam redit: et vim suscitat ira
Tum pudor incendit vires: et conscia virtus:
Precipitemq; darem ardens agit equore toto:
Nunc dextra ingeminans ictus nunc ille sinistra
Nec mora nec requies quã multa grandine nymbi
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber vtraq; manu pulsat: versatq; dareta.
Tum pater eneas procedere longius iras:
Et sseuire animis entellum haud passus acerbis:

Eneidos

Sed finem imposuit pugne:fessumq; dareta
Eripuit mulcens dictis:ac talia fatur
Infelix que tanta animum dementia cepit.
Non vires alias:conuersaq; numina sentis.
Cede deo: dixitq;:et prelia voce diremit:
Ast illum fidi equales genua egra trahentem
Jactantemq; vtroq; caput crassumq; cruorem
Ore reiectantem mixtosq; in sanguine dentes
Ducunt ad naues galeamq; ensemq; vocati
Accipiunt: palmã entello taurumq; relinquunt
Victor superans animis tauroq; superbus
Nate dea: vosq; hec inquit cognoscite teucri:
Et mihi que fuerint iuuenili in corpore vires
Et qua seruetis reuocatum a morte dareta.
Dixit:et aduersi cõtra stetit ora iuuenci:
Qui donum astabat pugne:duroq; reducta
Librauit dextra media inter cornua cestus
Arduus:effractoq; illisit in ossa cerebro:
Sternit exanimisq; tremẽs procumbit humi bos.
Ipse super tales effudit pectore voces.
Hanc tibi erit meliorẽ animã pro morte daretis:
Persoluo:hic victor cestus artemq; repono.

Liber Quintus

Protinus eneas celeri certare sagitta
Inuitat qui forte velint: et premia ponit
Ingentiq manu malum de naue seresti
Erigit: et volucrem traiecto in fune columbam
Quo tendat telum malo suspendit ab alto:
Conuenere viri: deiectamq crea sortem
Accepit galea: et primus clamore secundo
Hyrtacide ante omnes exit locus hippocoontis:
Quem modo nauali mnestheus certamine victor
Consequitur viridi mnestheus cuinctus oliua.
Tertius curition tuus o clarissime frater
Pandere: qui quondā iussus confundere fedus
In medios telum torsisti primus acbiuos:
Extremus galeaq ima subsedit acestes
Ausus et ipse manu iuuenum tentare laborem:
Tunc validis flexos incuruant viribus arcus:
Pro se quisq viri. et depromunt tela pharetris.
Primaq per celum neruo stridente sagitta
Hyrtacide iuuenis volucres diuerberat auras.
Et venit: aduersiq infigitur arbore mali.
Intremuit malus: timuitq exterrita pennis
Ales: et ingenti sonuerunt omnia plausu:

Post acer mestheus adducto constitit arcu
Alta petens pariterq; oculos telumq; tetendit:
Ast ipsam miserandus auem cõtingereferro
Non valuit: nodos et vincula linea rupit:
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto:
Illa notos atq; atra volans in nubila fugit·
Tum rapidus iamdudum arcu contenta parato
Tela tenens fratrem eurition in vota vocauit
Jam vacuo letam celo speculatus: et alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam:
Decidit exanimis: vitamq; reliquit in astris
Aereis: fixamq; refert delapsa sagittam:
Amissa solus palma superabat acestes:
Qui tamen etherceas telum cõto: sit in auras:
Ostentans artem pariterq; arcumq; sonantem:
Vinc oculis subito obijcitur magnoq; futurum
Augurio monstrum: docuit post exitus ingens:
Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates:
Flamq; volãs liquidis in nubibus arsit arundo:
Signauitq; viam flammis: tenuesq; recessit
Consumpta in ventos: celo ceu sepe refixa
Transcurrunt: cinereemq; volantia sydera ducit:

Liber Quintus

Attonitis hesere animis superosq; precati
Trinacri teucriq; viri: nec maximus omen
Abnuit eneas: sed letum amplexus acestem.
Muneribus cumulat magnis: ac talia fatur:
Summe pater: nã te voluit rex magnus olympi
Talibus auspicijs exortem ducere honorem
Ipsius anchise longeui hoc munus habebis
Cratera impressum signis quem thracius olim
Anchise genitori in magno munere scisseus
Ferre sui dederat monimentũ et pignus amoris.
Sic fatus cingit viridanti tempora lauro:
Et primũ ante omnes victorem appellat acestem:
Nec bonus eurition prelato inuidit honori
Quãuis solus auem celo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur donis qui vincula rupit:
Extremus volucri qui fixit arundine malum.
Et pater eneas nondum certamine misso
Custodem ad sese comitemq; impubis iuli
Epitiden vocat: et fidam sic fatur ad aurem
Uade age: et ascanio si iam puerile paratum
Agmen habet secum: cursusq; instruxit equor.
Ducat auo turmas: et se se ostendat in armis.

Sic ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum populū: et campos iubet esse patentes.
Incedunt pueri pariterq; ante ora parentum
Frenatis lucent in equis: quos omnis euntes
Trinacrie mirata fremit troiecq; iuuentus
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona
Cornea bina ferunt prefixa hastilia ferro:
Pars leues humero pharetras: et pectore summo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri
Tris equitū numero turme terniq; vagantur
Ductores: pueri bisseni quemq; secuti.
Agmine partito fulgent: paribusq; magistris:
Una acies iuuenum ducit: quā paruus ouantem
Nomen aui referens priamus. tua clara polite
Progenies auctura italos: quem thracius albis
Portat equus bicolor maculis: vestigia primi
Alba pedis frontemq; ostentans arduus albam
Alter atis genus vnde actij dixere latini
Paruus atijs puerq; puer dilectus iulo:
Extremus formaq; ante omnes pulcher iulus
Sidoneo est inuectus equo: quē candida dido
Esse sui dederat monimentū: et pignus amoris:

Liber Quintus.

Cetera trinacrie pubes senioris aceste
Fertur equis:
Excipiunt plausu pauidos:gaudentq; tuentes
Dardanide:veterũq; agnoscunt ora parentum:
Postq; omnem leti cõsessum: oculosq; suorum
Lustrauere in equis:signum clamore paratis
Epitides longe dedit insonuitq; flagello:
Olli discurrere pares atq; agmina terni
Diductis soluere choris:rursusq; vocati
Conuertere vias:infestaq; tela tulere:
Inde alios ineunt cursus aliosq; recursus
Aduersis spaciis:alternosq; orbibus orbes
Impediunt pugnecq; cient simulacra sub armis
Et nunc terga fuge nudant:nunc spicula vertunt
Infensi:facta pariter nunc pace feruntur.
Ut quondam creta fertur labirinthus in alta
Parietibus textum cecis iter: ancipitemq;
Mille vijs babuisse dolum:qua signa sequendi
Falleret indeprensus:et irremeabilis error.
Haud aliter teucrum nati vestigia cursu
Impediunt textumq; fugas:et prelia ludo
Delphinũ similes:qui p maria humida nando

Carpathium libicūq; secant luduntq; p vndas:

Hunc morē cursus: atq; hec certamina primus

Ascanius longam muris cum cingeret albam

Rettulit: et priscos docuit celebrare latinos:

Quo puer ipse modo secum: quo troia pubes

Albani docuere suos: hinc maxima porro

Accepit roma: et patrium seruauit honorem

Troiaq; nunc pueri troianum dicitur agmen.

Hac celebrata tenus sancto certamine patri:

Hic primum fortuna fidem mutata nouauit:

Dum variis tumulo referunt solennia ludis:

Irim de celo. misit saturnia iuno.

Iliacam ad classem: ventosq; aspirat eunti

Multa monēs nec dum antiquū saturata dolorē

Illa viam celerans per mille coloribus arcum

Nulli visa cito decurrit tramite virgo

Conspicit ingentem cōcursum: et littora lustrat

Desertosq; videt portus: classemq; relictam.

At procul in sola secrete troades acta

Amissum anchisen flebant: cunctaq; profundum

Pontum aspectabāt fluentes: heu tot vada fessis

Et tantum superesse maris: vox omnibus vna

Liber Quintus.

Urbem orant: tedet pelagi perferre laborem:
Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
Conjicit: et faciemq; dee vestemq; reponit:
Fit heroe ismarij cõiunx longeua doricli:
Cui genus: et quõdam nomen natiq; fuissent:
Ac si dardanidum mediam se matribus infert
O miseret quas non manus inquit acbaica bello
Traxerit ad letum pátrie sub menibus: o gens
Infelix cui te exitio fortuna reseruat
Septima post troie excidium iam vertitur estas
Cum freta cum terras omnes tot inbospita saxa
Sideraq; emense ferimur dum p mare magnum
Italiam sequimur fugientẽ: et volumur vndis.
Hic ericis fines fraterni atq; bospes aceste
Quis phibet muros iacere: et dare ciuibus vbẽ
O patria et rapti ne quicquã ex boste penates:
Nulla ne iam troie dicentur menia: nusquam
Hectoreos amnes xanthum et symoenta videbo
Quin agite et mecum infaustas exurite puppes
Nam mibi cassandre per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces: hic querite troiam:
Hic domus ẽ inquit vobis: nũc tempus agi res

Eneidos

Hec tantis moza prodigijs:cu quatuoz are
Neptuno:deus ipse faces:animumcz ministrat.
Hec memozãs prima infensum vi corripit ignem
Sublatacz procul dextra cõnixa coruscat
Et iacit arrecte mentes stupefactacz corda
Iliadum:hic vna in multiscz maxima natu
Virgo tot priami natozum regia nutrix.
Non beroe vobis non hec rhetcia matres
Est dozicli cõiunx:diuini signa decozis
Ardentescz notate oculos:qui spiritus illi:
Quis vultus vocisue sonus:vel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum beroem digressa reliqui
Egram indignantem tali quod sola careret
Munere:nec meritos anchise inferret bonozes.
Hec effata:
At matres primo ancipites oculiscz malignis
Ambigue spectare rates miserum inter amozem
Presentis terre:fatiscz vocantia regna:
Cum dea se paribus per celum substulit alis:
Ingentemcz fuga secuit sub nubibus arcum
Tum vero atonite monstris actecz furoze
Conclamant:rapiuntcz focis penetralibus ignem

Liber Quintus

Pars spoliant aras: frondem ac virgulta faceſq;
Coniiciunt: furit immiſſis vulcanus habenis.
Transtra per et remos pictas et abiete puppes.
Nuncius anchiſe ad tumulum cuneoſq; theatri
Incenſas perfert naues cumelus: et ipſi
Reſpiciunt atram in nymbo volitare fauillam.
Primus et aſcanius curſus vt letus equeſtres
Ducebat: ſic acer equo turbata petiuit
Caſtra nec exanimes poſſunt retinere magiſtri.
Quis furor iſte nouus: quo nunc quo tenditis inquit:
Deu miſere ciues non hoſtem inimicaq; caſtra
Argiuum: veſtras ſpes vritis: en ego veſter
Aſcanius: galeam ante pedes proiecit inanem
Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat.
Accelerat ſimul eneas ſimul agmina teucrum.
Aſt ille diuerſa metu per littora paſſim
Diffugiunt: ſiluaſq; ſicubi concaua furtim
Saxa petunt: piget incepti luciſq; ſuoſq;
Mutatq; agnoſcunt: excuſſaq; pectore iuno eſt:
Sed non iccirco flamme atq; incendia vires
Indomitas poſuere: vdo ſub robore viuit
Stuppa vomēs tardū fumū: lentuſq; carinas

Eneidos

Est vapor: et toto descendit corpore pestis.
Nec vires heroum infusaq; flumina prosunt
Tum pius eneas humeris abscindere vestem
Auxilioq; vocare deos: et tendere palmas:
Jupiter omnipotēs si nondū exosus ad vnum
Troianos: si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos: da flammam euadere classi
Nunc pater et tenues teucrum res eripe leto:
Vel tu quod superest infesto fulmine morti
Si merecor demitte: tuaq; hic obrue dextra.
Vix hec ediderat: cum effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit tonitruq; tremiscūt
Ardua terrarum et campi: ruit ethere toto
Turbidus imber aqua densisq; nigerrimus austris
Implenturq; sup puppes: semusta madescunt
Roboza: restinctus donec vapor ois: et omnes
Quatuor amissis seruate a peste carine.
At pater eneas casu concessus acerbo
Hunchuc ingentes nunc illuc pectore curas
Mutabat: versans siculis ne resideret aruis
Oblitus fatorum: italas ne capesceret oras:
Tum senior nautes: vnum tritonia pallas

Liber Quintus

Quem docuit: multaq; insignem reddidit arte.
Hec responsa dabat: vel que protenderit ira
Magna deum: vel que fatorum poscceret ordo.
Isq; hic eneam solatus vocibus infit.
Nate dea quo fata trahũt retrabuntq; sequamur
Quicquid erit: superanda oĩs fortuna ferendo est:
Est tibi dardanius diuine stirpis acestes.
Hunc cape consiliis socium: et cõiunge volentem:
Huic trade amissis superãt qui nauibus et quos
Pertesum magni incepti: rerumq; tuarum est:
Longeuosq; senes ac fessas equore matres:
Et quicquid tecum inualidã metuensq; pericli est:
Delige: et his habeant terris sine menia fessi:
Urbem appellabunt promisso nomine acestam.
Talibus incensus dictis senioris amici
Tum vero in curas animum diducitur omnes
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat:
Visa de hinc celo facies delapsa parentis
Anchise: subito tales effundere voces.
Nate mihi vita quondam: dum vita manebat
Ebare magis nate iliacis exercite fatis
Imperio iouis huc venio: qui classibus ignem

Eneidos

Depulit et celo tandem miseratus ab alto est:

Consilijs pare:que nunc pulcherrima nautes

Dat senior :lectos iuuenes fortissima corda

Defer in italiam:gens dura atq; aspera cultu

Debellanda tibi latio est:ditis tamen ante

Infernas accede domos: et auerna per alta

Cõgressus pete nate meos:non me impia namq;

Tartara habent:tristesue umbre:sed amena pios

Concilia elisiumq; colo:huc casta sybilla

Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet

Tum genus omne tuũ:et q̃ dentur menia disces:

Jamq; vale:torquet medios nox humida cursus

Et me seuus equis oriens afflauit anhelis.

Dixerat:et tenues fugit ceu fumus in auras

Eneas quo deinde ruis quo proripis inquit

Quẽ fugis:aut quis te nostris cõplexibus arcet:

Hec memorans cinerem:et sopitos suscitat ignes

Pergameumq; larem:et cane penetralia veste

Farre pio:et plena supplex veneratur acerra

Ex templo socios:primumq; acersit acestem

Et iouis imperium:et chari precepta parentis

Edocet:et que nunc animo sententia constet.

Liber Quintus.

Haud mora consilijs: nec iussa recusat aceste
Transcribūt vrbi matres: populumq; volentem.
Deponunt animos: nil magne laudis egentes.
Ipsi transta nouant flammisq; ambesa reponunt
Robora nauigijs: aptant remosq; rudentesq;
Exigui numero: sed bello viuida virtus.
Interea eneas vrbem designat aratro:
Sortiturq; domos: hoc ilium: et hec loca troie
Esse iubet gaudet regno troianus aceste
Indicitq; forum: et patribus dat iura vocatis.
Tunc vicina astris erycino in vertice sedes
Fundatur veneri idalie: tumuloq; sacerdos
Ac lucus late sacer additur anchiseo.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis: et aris
Factus honos: placidiq; strauerunt equora venti.
Creber et aspirans: rursus vocat auster in altum
Exoritur procurua ingens per littora fletus.
Complexiq; inter se noctemq; diemq; morantur.
Ipse iam matres: ipsi quibus aspera quondam
Uisa maris facies: et non tolerabile numen
Ire volunt: omnemq; fuge perferre laborem.
Quos bonus eneas dictis solatur amicis:

Et consanguineo lachrimans cōmendat aceste
Tres erici vitulos: et tempestatibus agnam
Cedere deinde iubet: solui{q} exordine funes
Ipse caput tonse folijs euinctus oliue
Stans procul in prora paterā tenet: extaq{q} salsos
Porrigit in fluctus: ac vina liquentia fundit
Prosequitur surgens a puppi ventus euntes
Certatim socij feriunt mare: et equora verrunt
At venus interea neptunum exercita curis
Alloquitur: talesq{q} effundit pectore questus
Junonis grauis ira: nec exaturabile pectus
Cogūt me neptune preces descendere in omnes.
Quā nec longa dies: pietas nec mitigat vlla:
Nec iouis imperio: fatisue infracta quiescit:
Non media de gente phrigum excidisse nefandis
Urbem odijs satis est: nec penam traxe p omnem
Reliquias troie cineres: atq{q} ossa perempte
Insequitur: causas tanti sciat illa furoris.
Ipse mihi nuper libicis (tu testis) in vndis
Quam molem subito excierit: maria omnia celo
Miscuit: eolijs ne quicquam freta procellis
In regnis hoc ausa tuis.

Liber Quintus.

Proch scelus ecce etiã troianis matribus actis
Exussit fede puppes: et classe subegit
Amissa socios ignote linquere terre
Quod supest: oro liceat dare tuta per vndas
Uela tibi. liceat laurentem attingere tibrim
Si concessa peto: si dant ea menia parce
Tunc saturnius hec domitor maris addidit alti:
Fas omne est citherea meis te fidere regnis.
Unde genus ducis: meriti quoq; sepe furores
Compressi: et rabiem tantam celiq; mariq;
Nec minor in terris: xantum simoentaq; testor
Enee mihi cura tui: cum troia achilles
Exanimata sequẽs impingeret agmina muris
Millia multa daret leto: gemerentq; repleti
Amnes: nec reperire viam atq; euoluere posset
In mare se xanthus: pelidee tunc ego forti
Congressum eneam nec dijs nec viribus equis
Nube caua eripui cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus periure menia troie
Nunc quoq; mens eadẽ mihi perstat: pelle timores
Tutus quos optas portus accedet auerni.
Unus erit tantum amissum quẽ gurgite queres

Eneidos

Unum pro multis dabitur caput.
His vbi leta dee permulsit pectora dictis
Jungit equos curru genitor spumantiaq; addit
Frena feris: manibusq; omnes effundit habenas
Ceruleo per summa leuis volat equore currus
Subsidunt vnde tumidumq; sub axe tonanti
Sternitur equor: aquis fugiũt vasto ethere nymbi
Tunc varie comitum facies immania cete
Et senior glauci chorus inousq; palemon
Tritoneiq; citi phorciq; exercitus omnis
Leua tenent thetis et milite panopeaq; virgo
Aliseo spioq; thaliaq; cimodoceq;:
Hic patris enee suspensa blanda vicissim
Gaudia pertentant mentem iubet ocius omnes.
Attolli malos intendi brachia velis
Una omnes fecere pedem pariterq; sinistros
Nunc dextros soluere sinus vna ardua torquent
Cornua detorquentq; ferunt sua flamina classem.
Princeps ante omnes densum palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij cursum contendere iussi.
Jamq; fere mediam celi nox humida metam
Contigerat: placida laxabant membra quiete

Liber Quintus.

Sub remis fusi per dura sedilia naute.
Cum leuis ethereis delapsus somnus ab astris
Aera dimouit tenebrosum et dispulit vmbras
Te palinure petens: tibi tristia somnia portans
Insonti: puppiq; deus consedit in alta
Phorbanti similis: fuditq; has ore loquelas
Iaside palinure ferunt ipsa equora classem
Equate spirant aure: datur hora quieti
Pone caput: fessosq; oculos furare labori
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo:
Cui vix attollens palinurus lumina fatur.
Me ne salis placidi vultum fluctusq; quietos
Ignorare iubes: me ne huic confidere monstro:
Eneam credam quid enim fallacibus austris:
Et celi totiens deceptus fraude sereni:
Talia dicta dabat: clauumq; affixus: et herens
Nusquam amittebat: oculosq; sub astra tenebat
Ecce deus ramum letheo rore madentem
Uiq; soporatum stigia sup vtraq; quassat
Tempora cunctantiq; natantia lumina soluit:
Uix primos inopina quies laxauerat artus
Et super incumbens: cum puppis parte reuulsa

Eneidos

Cumq; gubernacula liquidas proiecit in vndas
Precipitem ac socios ne quicquã sepe vocantem
Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum non secius equore classis
Promissisq; patris neptuni interrita fertur
Jamq; adeo scopulos sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam multorumq; ossibus albos
Tunc rauca assiduo longe sale saxa sonabant:
Cum pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit:et ipse ratem nocturnis rexit in vndis:
Multa gemens casuq; animum concussus amici:
O nimium celo et pelago confise sereno
Nudus et ignota palinure iacebis harena.

De scriptio sexti libri.

Ueruntur sexto manes:et tartara ditis
Cumas deinde venit:fert hinc respõsa sibille
Dissenum sepelit mons seruat nomen humati.
Ramum etiã ante [illegible] placato numine portas.
At vates longeua vna descendit/auernum
Agnoscit palinurum:et ibi solatur elissam
Deiphobumq; videt lacerum crudeliter ora:
Umbrarum penas discit narrante sybilla

Liber Sextus.

Conuenit anchisen: penitusq; in valle virenti

Agnoscitq; suam prolem monstrante parente.

Dec vbi percepit graditur socios q; reuisit.

Publij Virgilij Maro

nis Eneidos Liber sextus.

Jc fatur lachrimas: classiq; immittit habenas.

Et tandem euboicis cumarū allabitur oris.

Obuertunt pelago proras tum dente tenaci

Anchora fundabat naues: et littora curue

Prorumpit: iuuenū manus emicat ardens

Littus in hesperium: querit pars semina flamme

Abstrusa inuenis silicis pars densa ferarum

Tecta rapit siluas. inuentaq; flumina monstrat.

At pius eneas arces quibus altus apollo

Presidet: horrendeq; procul secreta sybille

Antrū immane petit magnā cui mentem animūq;

Delius inspirat vates aperitq; futura:

Jam subeunt triuie lucos atq; aurea tecta

Dedalus (vt fama est) fugiens minoia regna

Prepetibus pennis ausus se credere celo

Insuetum per iter gelidas enauit ad arctos:

Eneidos

Talcidicaq; leuis tandem superastitit arce.
Redditus bis primũ terris: tibi phœbe sacrauit
Remigium alarum posuitq; immania templa:
In foribus letum androgeo tum pendere penas
Cecropide iussi miserum septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis sortibus vrna.
Contra clata mari respondet gnoscia tellus
Hic crudelis amor tauri: suppostaq; furto
Pasiphe mixtumq; genus proles biformis
Minotaurus inest veneris monumẽta nefande
Hic labor ille domus: et inextricabilis error.
Magnum reginę sed enim miseratus amorem.
Dedalus ipse dolos tecti ambagesq; resoluit
Cęca regens filo vestigia: tu quoq; magnam
Partem ope in tanto sineret dolor icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patrie cecidere manus: quin ptinus omnem
Perlegerent oculis: ni iam premissus achates
Affore: atq; vna phœbi triuiæq; sacerdos
Deiphebe glauci: fatur que talia regi.
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit
Hunc grege de intacto septẽ mactare iuuencos

Liber Bertus.

Prestiterit: totidem lectas de more bidentes
Talibus effata eneam nec sacra morantur
Jussa viri: teucros vocat alta in templa sacerdos
Excisum euboice latus ingens rupis in antrum
Quo lati ducunt aditus centum: ostia centum:
Unde ruunt totidem voces responsa sybille
Uentum erat ad limen: cum virgo poscere fata
Tempus ait: deus ecce deus: cui talia fanti
Ante fores subito non vultus non color vnus
Non compte mansere come: sed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument maiorq; videri:
Nec mortale sonans efflata est numine quãdo
Jam ꝓpior dei: cessas in vota precesq;
Tros ait enea cessas: neq; em̃ ante dehiscent
Attonite magna ora domus: et talia fata
Conticuit: gelidus teucris per dura cucurrit
Ossa tremor: fuditq; preces rex pectore ab imo
Phebe graues troie semp miserate labores
Dardana qui paridis direxit tela manusq;
Corpus in eacide: magnas obeuntia terras
Tot maria intrani duce te penitusq; repostas
Massillum gentes: pretentaq; syrtibus arua: rr iij

Eneidos

Iam tandem italie fugientis prendimus oras
Hac troiana tenus fuerit fortuna secuta:
Vos quoq; pergamee iam fas est parcere genti
Diiq; deeq; oēs: quibus obstitit ilium et ingens
Gloria dardanie: tuq; o sanctissima vates
Prescia venturi da (non indebita posco
Regna meis fatis) latio considere teucros
Errantesq; deos: agitataq; numina troie
Tum phebo et triuie solido de marmore templa
Instituam: festosq; dies de nomine phebi.
Te quoq; magna manet regnis penetralia nostris
Hic ego namq; tuas sortes: arcanaq; fata
Dicta mee genti ponam lectosq; sacrabo
Alma viros foliis tantum ne nomina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis
Ipsa canas oro finem dedit ore loquendi.
At phebi nondum patiens immanus in antro
Bacchatur vates magnum si pectore possit
Excussisse deum tanto magis ille fatigat
Os rabidū fera corda domās fingitq; premendo
Postia iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua: vatisq; ferunt responsa per auras.

Liber Bertus

O tandem magnis pelagi defuncte periclis
Sed terra grauiora manent: in regna lauini
Dardanide venient: mitte hanc de pectore curam
Sed non euenisse volent: bella horrida bella
Et tybrim multo spumantem sanguine cerno:
Non symois tibi nec xanthus nec dorica castra
Defuerint: alius latio iam partus achilles
Natus et ipse dea: nec teucris addita iuno
Usquã aberit: cum tu supplex in rebus egenis:
Quas gentes italum aut quas nõ oraueris vrbes
Causa tanti mali cõiunx iterum hospita teucris
Externiq; iterum thalami:
Tu ne cede malis: sed contra audentior ito:
Quã tua te fortuna sinet: via prima salutis
(Quod minime reris) graia pandetur ab vrbe
Talibus ex adito dictis cumea sybilla
Horrendas canit ambages: antroq; remugit
Obscuris vera inuoluens: ea frena furenti
Concutit: et stimulos sub pectore vertit apollo
Ut primum cessit furor: et rabida ora quierunt.
Incipit eneas heros non vlla laborum
O virgo noua mi facies inopinaue surgit

Omnia percepi atq; animo mecũ ante peregi
Unum oro quando hic inferni ianua regis
Dicitur et tenebrosa palus acheronte refuso :
Ire ad conspectum chari genitoris:et ora
Contingat:doceas iter:et sacra ostia pandas:
Illum ergo per flammas:et mille sequentia tela
Eripui bis humeris:medioq; ex hoste recepi:
Ille meum cõmitatus iter maria omnia mecum:
Atq; omnes pelagiq; minas celiq; ferebat
Inualidus vires vltra sortemq; senectę:
Quin vt te supplex peterẽ:et tua limina adirem
Idem orans mandata dabat natiq; patrisq;
Alma precor miserere:potes namq; omnia:nec te
Nequicquam lucis hecate prefecit auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis orpheus:
Threicia fretus cithara:fidibusq; canoris:
Si fratrem pollux alterna morte redemit.
Itq; reditq; viam totiens:quid thesea:magnum
Quid memorẽ alciden:et mi genus a ioue summo
Talibus orabat dictis:arasq; tenebat:
Tum sic orsa loqui vates:sate sanguine diuum
Tros anchisiade:facilis descensus auerni:

Liber Sextus.

Noctes atq; dies patet atri ianua ditis:
Sed reuocare gradū: superasq; euadere ad auras
Hoc opus: hic labor est: pauci quos equus amauit
Jupiter: aut ardens euexit ad ethera virtus
Dijs geniti potuere: tenent media omnia silue:
Cocytusq; sinu labens circūuenit atro.
Quod si tantus amor menti: si tanta cupido est
Bis stigios innare lacus: bis nigra videre
Tartara: et insano iuuat indulgere labori
Accipe que peragenda prius: latet arbore opaca
Aureus: et foliis et lento vimine ramus
Junoni inferne dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus: et obscuris claudunt cōuallibus vmbre:
Sed non ante datur telluris operta subire
Auricomos quāuis decerpserit arbore fetus
Hoc sibi pulchra suum ferri proserpina munus
Instituit: primo auulso non deficit alter
Aureus: et simili frondescit virga metallo
Ergo alte vestiga oculis: et rite repertum
Carpe manu: nāq; ipse volens: facilisq; sequetur
Si te fata vocant aliter non viribus vllis
Uincere nec duro poteris cōuellere ferro.

Eneidos

Preterea iacet exanimum tibi corpus amici
Heu nescis: totam q̄ incestat funere classem
Dum cōsulta petis: nostro q̄ in limine pendes
Sedibus hūc refert ante suis: et conde sepulchro
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto:
Sic demū lucos stigios et regna inuia viuis
Aspicies dixit: pressoq̄ obmutuit ore.
Eneas mesto defixus lumina vultu
Ingreditur linquens antrum cecosq̄ volutat:
Euentus animo secum: cui fidus achates
It comes: et paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone ferebant:
Quē socium exanimē vates: q̄ corpus humandū
Diceret: atq̄ illi miscenum in littore sicco
Ut venere vident indigna morte peremptum:
Miscenum eolidem: quo non prestantior alter
Aere ciere viros: martemq̄ accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes: hectora circum
Et lituo pugnas insignis obibat et hasta.
Postq̄ illum vita victor spoliauit achilles
Dardanio enee sese fortissimus heros
Addiderat socium non inferiora secutus

Sed tū forte caua dum ꝓsonat equora concha
Demens et cantu vocat in certamina diuos
Emulus exceptum triton (si credere dignū est)
Inter saxa virum spumosa immiserat vnda.
Ergo omnes magno circū clamore fremabant
Precipue pius eneas tum iussa sybille
Haud mora festinant flentes aramq; sepulchri
Congerem arboribus celoq; educere certant.
Itur in antiquam siluam stabula alta ferarum
Procumbunt picee: sonat icta securibus ilex:
Fraxineeq; trabes cuneis et fixile robur
Scinditur: ac voluunt ingentes mōtibus ornos
Necnon eneas opera inter talia primus
Hortatur socios paribusq; accingitur armis
Atq; hec ipse suo tristi cum corde volutat
Aspectans siluā immensam: et sic forte precatur
Si nuncse nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto: quādo omnia vere
Heu nimium de te vates misene locuta est.
Uix ea fatus erat: gemine cum forte columbe
Ipsa sub ora viri: celoq; venere volantes:
Et viridi sedere solo tum maximus heros

Maternas agnoscit aues:letusq; precatur
Este duces o si qua via est:cursumq; per auras
Dirigite in lucos:vbi pinguem dives apacat
Ramus humum:tuq; o dubijs ne defice rebus
Alma parens:sic effatus vestigia pressit
Obseruas que signa ferāt:quo tendere pergant
Pascentes:ille tantum prodire volando
Quantum acie possent oculi seruare sequentum:
Inde vbi venere ad fauces graue olentis auerni
Tollunt se celeres:liquidumq; per aera lapse
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt:
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit:
Quale solet siluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua:quod nō sua seminat arbos
Et croceo fetu teretes circūdare truncos
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice sic leni crepitabat bractea vento:
Corripit eneas exemplo:auiduscq; refringit
Cunctantem et vatis portat sub tecta sibille:
Nec minus interea misenum in littore teucri
Flebant et cineri ingrato suprema ferebant:
Principio pinguem tedis:et robore secto

Liber Bertus

Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera: et ferales ante cupressos
Constituunt: decorantq; sup fulgentibus armis:
Pars calidos latices: et abena vndantia flammis
Expediunt corpusq; lauant frigentis: et vngunt
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt
Purpureasq; super vestes velamina nota
Conjiciunt: pars ingenti subiere fretro
Triste ministeriū: et subiectam more parentum
Auersi tenuere facem: congesta cremantur
Turea dona: dapes fuso crateres oliuo.
Postquā collapsi cineres: et flamma quieuit
Relliquias vino: et bibullam lauere fauillam
Ossaq; lecta cado texit chorinens abeno
Idem ter socios pura circūtulit vnda
Spargens rore leui: et ramo felicis oliue
Lustrauitq; viros: dixitq; nouissima verba
At pius eneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit: suaq; arma viro: remumq; tubamq;
Monte sub aerio: qui nunc misenus ab illo
Dicitur: eternumq; tenet per secula nomen:
His actis: propere exequitur precepta sybille:

Spelunca alta fuit: vastoq; immanis hyatu
Scrupea: tuta lacu nigro ne-mozumq; tenebris
Quã sup baud vlle poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad cõuexa ferebat:
Unde locum graij dixerunt nomine auernum:
Quatuor hic primũ nigrantes terga iuuencos
Constituit: frontiq; inuergit vina sacerdos:
Et summas carpens media inter cornua setas
Ignibus imponunt sacris libamina prima
Uoce vocãs hecatem celoq; herebog potentem
Supponunt alij cultros tepid umq; cruorem
Suscipiunt pateris. ipse atri velleris agnam
Eneas matri eumenidum: magnecq; sorori
Ense ferit: sterilemq; tibi proserpina vaccam
Tum stigio regi nocturnas inchoat aras:
Et solida imponit taurorum viscera flammis.
Pingue superq; oleum fundens ardentibus ertis
Ecce autem primi sub lumina solis et ortus
Sub pedibus mugire solũ: et iuga cepta moueri
Siluarum: viseq; canes vlulare per vmbram
Aduentante dea: procul: o procul este pbani

Liber Bertus

Conclamat vates: totoq; absistite luco:
Tucq; invade viam: vaginaq; eripe ferrum:
Nunc animis opus enea: nunc pectore firmo:
Tantum effata furens antro se immisit aperto:
Ille ducē haut timidis vadentem passibus equat.
Dij quibus imperiū est animarū umbreq; silentes:
Et chaos et pblegeton: loca nocte silentia late
Sit mihi fas audita loqui: sit numine vestro:
Pandere res alta terra et caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per umbras:
Perq; domos ditis vacuas et inania regna
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in siluis vbi celum condidit umbra
Jupiter: et rebus nox abstulit atra colorem.
Uestibulū ante ipsum primisq; in faucibus orci:
Luctus et vltrices posuere cubila cure:
Pallentesq; habitant morbi: tristisq; senectus
Et metus: et male suada fames: ac turpis egestas
Terribiles visu forme: letumq; laborq;:
Tum consanguineus leti sopor: et mala mentis
Gaudia: mortiferumq; aduerso in limine bellum
Ferreiq; eumenidū thalami: et discordia demēs

Eneidos

Vipereum crinem vittis innexa cruentis
In medio ramos annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca ingens: quam sedem somnia vulgo
Vana tenere ferunt foliisq; sub omnibus herent
Multaq; preterea variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant: scillecq; biformes:
Et centum geminus briareus: ac belua lerne
Horrendum stridens: flammisq; armata chimera
Gorgones: harpyiecq; et forma tricorporis vmbre
Corripit hic subita trepidus formidine ferrum:
Eneas: strictamq; aciem venientibus offert:
Et ni docta comes tenuis sine corpore vitas
Admoneat volitare cura sub imagine forme:
Irruat: et frustra ferro diuerberet vmbras.
Hinc via tartarei quę fert acherontis ad vndas:
Turbidus hic ceno vastaq; voragine gurges
Estuat: atq; omnem cocito eructat harenam
Portitor has horrēdus aquas: et flumina seruat
Terribili squallore charon: cui plurima mento
Canicies inculta iacet: stant lumina flamma
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus
Ipse ratem conto subigit: velisq; ministrat:

Et ferruginea subuectat corpora cymba
Jam senior:sed cruda deo:viridisq; senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat:
Matres:atq; viri :defunctaq; corpora vita
Magnanimũ heroum:pueri:innuptæq; puellæ:
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum·
Quã multa in siluis autumni frigore primo
Lapsa cadũt folia:aut ad terram gurgite ab alto
Quã multæ glomerantur aues vbi frigidus annus
Trans pontum fugat:et terris immittit apricis:
Stabant orantes primi transmittere cursum,
Tendebantq; manus ripæ vlterioris amore:
Nauita sed tristis nunc hos. nunc accipit illos
Ast alios longe summotos arcet harena.
Eneas uiratus enim motusq; tumultu
Dic ait o virgo quid vult concursus ad amnem.
Quid ve petunt animæ vel quo discrimine ripas
Hæ linquunt:illæ remis vada liuida verrunt.
Olli sic breuiter fata est longeua sacerdos.
Anchisa generate deum certissima proles
Cociti stagna alta vides stigiamq; paludem.
Dij cuius iurare timent:et fallere numen.

Eneidos

Hec oīs quā cernis inops inhumataq turba est:
Portitor ille charon hi quos vehit vnda sepulti.
Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta
Transportare prius quā sedibus ossa quierunt
Centum errāt annos: volitantq hec littora circū
Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt
Constitit anchisa satus et vestigia pressit
Multa putans sortemq animo miseratus iniquā
Cernit ibi mestos et mortis honore carentes
Leucaspim: et licie ductorem classis orontem.
Quos simul a troia ventosa per equora vectos
Obruit auster aqua inuoluens nauemq viroscq
Ecce gubernator sese palinurus agebat
Qui libico nuper cursu dum sydera seruat
Exciderat puppi medijs effusus in vmbras:
Hunc vbi vix multa mestum cognouit in vndis
Sic prior alloquitur quis te palinure deorum
Eripuit nobis: medioq sub equore mersit.
Dic age namq mihi: fallax haud ante repertus.
Hoc vno responso animum delusit apollo.
Qui fore te ponto incolumem: finesq canebat
Uenturum ausonios: en hec promissa fides est.

Liber Bertus.

Ille autem: neq; tephebi cortina fefellit
Responsio palinuri
Dux anchisiade: nec me deus equore mersit
Namq; gubernaculū multa vi forte renulsum:
Cui datus herebam custos: cursusq; regebam
Precipitans traxi mecum maria aspera iuro
Non vllo pro me tantum cepisse timorem:
Quā tua ne spoliata armis excussa magistro
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.
Tris notbus hibernas immensa p equora noctes
Vexit me violentus aqua vix lumine quarto
Prospexi italiam summa sublimis ab vnda:
Paulatim adnabam terre: iam tuta tenebam
At gens crudelis madida cum veste grauatum
Prensantēq; vncis manibus capita aspera mōtis
Ferro inuasisset: predamq; ignara putasset.
Hunc me fluctus habet: versantq; in littore venti
Quod te per celi iucundum lumen et auras:
Per genitorem oro per spes surgentis iuli
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Inīce (namq; potes) portusq; require velinos
Aut tu siqua via est siquam tibi diua creatrix
Ostendit: neq; enim credo sine numine diuum

Eneidos

Flumina tanta paras stigiamq; innare paludem
Da dextram misero: et tecum me tolle per vndas
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam
Talia fatus erat: cepit cum talia vates
Unde hec o palinure tibi tam dira cupido
Tu stigias inhumatus aquas amnemq; seuerum
Eumenidum aspicies: ripamue iniussus abibis
Desine fata deum flecti sperare precando:
Sed cape dicta memor: duri solatia casus:
Nam tua finitimi longe latecq; per vrbes
Prodigijs acti celestibus ossa piabunt.
Et statuent tumulum: et tumulo solennia mittent
Eternumq; locus palinuri nomen habebit.
His dictis cure emote: pulsusq; parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra:
Ergo iter inceptū peragunt: fluuioq; propinquant:
Nauita quos iā inde vt stigia prospexit ab vnda:
Per tacitum nemus ire: pedemq; aduertere ripe
Sic prior aggreditur dictis: atq; increpat vltro
Quisquis es armatus q̄ nostra ad flumina tendis:
Fare age quid venias: iā istinc et cōprime gressus:
Umbrarum hic locus est somni noctisq; sopore:

Liber Sextus

Corpora viua nefas stigia vectare carina.
Nec vero alciden me sum letatus euntem
Accepisse lacu. nec thesea pirithoumq;
Dijs quãquã geniti: atq; inuicti viribus essent:
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit:
Ipsius a solio regis traxitq; trementem:
Hi dominam ditis thalamo deducere adorti
Quem contra breuiter fata est amphrisia vates:
Nulle hic insidie: tales absiste moueri:
Nec vim tela ferunt: licet ingens ianitor antro
Eternum latrans exangues terreat vmbras:
Casta licet patrui seruet proserpina limen:
Troius eneas pietate insignis et armis
Ad genitorem imas herebi descendit ad vmbras:
Si te nulla mouet tante pietatis imago
At ramũ hunc aperit ramum qui veste latebat
Agnoscas rabida ex ira tum corda residunt:
Nec plura his: ille admirans venerabile donum
Fatalis virge longo post tempore visum
Ceruleam aduertit puppim ripeq; propinquat:
Inde alias animas que per iuga longa sedebant
Deturbat: laxatq; foros: simul accipit alueo:

Eneidos

Ingentem eneam: gemuit sub pondere cymba:
Sutilis: et multam accepit rimosa paludem
Tandē trans fluuium incolumes vatemq; virūq;
Informi limo glaucaq; exponit in vlua
Cerberus hec ingens latratu regna trifauci
Personat aduerso recubans immanis in antro
Cui vates horrere videns iam colla colubris
Melle soporatam: et medicatis frugibus offam
Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam: atq; immania terga resoluit
Fusus humi: totoq; ingens extenditur antro:
Occupat eneas aditum custode sepulto
Euaditq; celer ripam irremeabilis vnde
Continuo audite voces: vagitus et ingens
Infantumq; animę flentes in limine primo:
Quos dulcis vite exortes: et ab vbere raptos
Abstulit atra dies: et funere mersit acerbo
Hos iuxta falso damnati crimine mortis:
Nec vero hec sine sorte date sine iudice sedes
Quesitor minos vrnam mouet: ille silentum
Conciliumq; vocat: vitasq; et crimina discit:
Proxima deinde tenent mesti loca: qui sibi letum:

Liber Bertus

Insontes pepere manu: lucemq; perosi
Proicere animas: quam vellent ethere in alto
Nunc et pauperiem: et duros perferre labores:
Fata obstant: tristiq; palus inamabilis vnda
Alligat: et nonies stix interfusa coercet.
Nec pcul hinc ptem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles et mirtea circum
Silua tegit: cure non ipsa in morte relinquunt
His phedrã: procrimq; locis mestamq; eriphilem
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit:
Euadnemq; et pasipbaen: bis laodomia
It comes: et iuuenis quondã nunc femina ceneus
Rursus et inueterem fato reuoluta figuram
Inter quas pbenissa recens a vulnere dido
Errabat silua in magna: quam troius heros
Ut primum iuxta stetit: agnouitq; per vmbram
Obscuram qualem primo quis surgere mense
Aut videt aut vidisse putat per nubila lunam
Demisit lachrimas: dulciq; affatus amore est
Infelix dido verus mihi nuncius ergo

Eneidos

Uenerat extinctam ferroq; extrema secutam
Funeris heu tibi causa fui: per sydera iuro
Per superos: et si qua fides tellure sub ima est
Inuitus regina tuo de littore cessi
Sed me iussa deum nunc has ire per umbras
Per loca senta situ cogunt noctemq; profundam
Imperijs egere suis: nec credere quiui
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem
Siste gradum: teq; aspectu ne subtrahe nostro:
Quē fugis: extremū fato quod te alloquor hoc est.
Talibus eneas ardentem et torua tuentem
Lenibat dictis animum: lachrimasq; ciebat
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto vultum sermone mouetur
Quam si dura silex aut stet marpesia cautes
Tandem corripuit sese: atq; inimica refugit
In nemus umbriferum: cōiunx vbi pristinus illi
Respondet curis: equatq; ficheus amorem.
Nec minus eneas casu perculsus iniquo
Prosequitur lachrimis lōge et miseratus euntem.
Inde datum molitur iter: iamq; arua tenebant
Ultima: que bello clari secreta frequentant.

Liber Bertus.

Hic ille occurrit tideus: hic inclitus armis
Parthenopeus: et adrasti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos: belloq; caduci
Dardanide: quos ille oēs longo ordine cernens
Ingemuit: glaucūq; medontaq; thersilochumq;
Tris antenoridas; cereriq; sacrum polibetem
Ideumq; etiam currus: etiam arma tenentem
Circūstant anime dextra leuaq; frequentes
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsq; morari:
Et conferre gradum: et veniendi discere causas
Et danaum pceres agamen nomineq; phalanges
Ut videre virum fulgentiaq; arma per vmbras
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga
Eeu quondam petiere rates: pars tollere vocem
Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes:
Atq; hic priamidem laniatum corpore toto
Deiphebum vidit lacerum crudeliter ora
Ora manusq; ambas: populataq; tempora: raptis
Auribus: et truncas inhonesto vulnere nares:
Vix adeo agnouit pauitantem: et dira tegentem
Supplicia et notis cōpellat vocibus vltro
Deiphebe armipotēs genus alto a sanguine teucri tt i

Eneidos

Quis tam crudelis optauit sumere penas:
Cui tantum de te licuit: mihi fama suprema
Nocte tulit fessum vasta de cede pelasgum
Procubuisse sup confuse stragis aceruum:
Tunc egomet tumulū rheteo in littore inanem
Constituī: et magna manes ter voce vocaui:
Nomen et arma locū seruant: te amice nequiui
Conspicere: et patria decedens ponere terra.
Ad que priamides nihil o tibi amice relictum est:
Omnia deiphebo soluisti: et funeris vmbris:
Sed me fata mea: et scelus exiciale lacene
His mersere malis: illa hec monimenta reliquit:
Hamq; vt suprema falsa inter gaudia noctem
Egerimus nosti: et nimium meminisse necesse est:
Cum fatalis equus saltu sup ardua venit
Pergama: et armatū peditē grauis attulit aluo
Illa chorum simulans euantes orgia circum
Ducebat phrigias: flammam media ipsa tenebat:
Ingentem et summa danaos ex arce vocabat:
Tunc me cōfectum curis somnoq; grauatum
Infelix habuit thalamus pressitq; iacentem
Dulcis et alta quies: placideq; simillima morti.

Egregia interea cõiunx arma omnia tectis
Emouet: et fidum capiti subduxerat ensem.
Intra tecta vocat menelaum: et limina pandit
Scilicet id magnũ sperans fore munus amanti
Et famam extingui veterum sic posse malorum
Quid moror: irrumpũt thalama comes addit vna
Hortator scelerum eolides: dijs talia grajs
Instaurate: pio si penas ore reposco
Sed te qui vinum casus age fare vicissim
Attulerint pelagi: ne venis erroribus actus
An monitu diuum: an que te fortuna fatigat
Ut tristes sine sole domos loca turbida adires:
Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis
Jam medium ethereo cursu traiecerat axem
Et fors omne datum traberent per talia tempus
Sed comes admonuit: breuiterq; affata sybilla est
Hoc ruit enea: nos flendo ducimus horas:
Hic locus est: partes vbi se via findit in ambas
Dextera que ditis magni sub menia tendit:
Hac iter elisium nobis: at leua malorum
Exercet penas: et ad impia tartara mittit
Deiphebus contra ne seui magna sacerdos: tt ij

Discedam: explebo numerum: reddarq; tenebris
I decus i nostrum melioribus vtere fatis.
Tantum effatus: et in verbo vestigia torsit
Respicit eneas subito: et sub rupe sinistra
Menia lata videt triplici circundata muro
Que rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus phlegethon torquetq; sonantia saxa
Porta aduersa ingens: solideq; adamāte columne
Vis vt nulla virum: non ipsi excidere ferro
Celicole valeant: stat ferrea turris ad auras.
Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta
Vestibulum ī somnis seruat noctesq; dieq;.
Hinc exaudiri gemitus: et seua sonare
Verbera: tum stridor ferri: tractesq; catbene.
Constitit eneas: strepitumq; exterritus hausit
Que scelerum facies o virgo effare quibusue
Urgentur penis: quis tantus plangor ad auras.
Tum vates sic orsa loqui dux inclite teucrum
Nulli fas casto sceleratum insistere limen:
Sed me cum lucis hecate prefecit auernis
Ipsa deum penes: docuit: perq; omnia duxit:
Gnosius bec rbadamantbus bz durissima regna:

Liber Bertus

Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri
Que quis apud superos furto letatus inani
Distulit in seram cõmissa piacula mortem.
Continuo sontes vltrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans: toruosq; sinistra
Intentãs angues vocat agmina seua sororum
Tum demũ horrisono stridentes cardine sacre
Panduntur porte: cernis custodia qualis
Uestibulo sedeat: facies que limina seruet:
Quinquaginta atris immanis hyatibus hydra
Scuior intus habet sedem: tum tartarus ipse
Bis patet in preceps tantũ: tendiq; sub vmbras
Quãtus ad ethereum celi suspectus olympum.
Hic genus antiquũ terre tytania pubes
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo:
Hic etiam aloidas geminos immania vidi
Corpora qui manibus magnũ rescindere celum
Aggressi: superisq; iouem detrudere regnis.
Uidi et crudelis dantem salmonea penas
Dum flammas iouis et sonitus imitatur olympi.
Quatuor hic inuectus equis: et lãpada quassans
Per graium populos mediq; p elidis vrbem tt ĩ

Eneidos

Ibat ouans:diuumq; sibi poscebat honores
Demens qui nymbos:et non imitabile fulmen
Aere:et cornipedum cursu simularat equorum
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit non ille faces nec fumea tedis
Lumina precipitemq; immani turbine adegit
Nec non et tytion terre omniparentis alumnū
Cernere erat:per tota nouē cui iugera corpus
Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco
Immortale iecur tondens:fecundaq; penis
Uiscera rimaturq; epulis:habitatq; sub alto
Pectore:ne fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem lapithas:ixiona: pirithoumq;
Quos sup atra silex iam iam lapsura cadent
Imminet assimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris:epulesq; ante ora parate
Regifico luxu:furiarum maxima iuxta
Accubat:et manibus prohibet cōtingere mensas:
Exurgitq; facem attollens:atq; intonat ore.
Hic quibus inuisi fratres:dum vita manebat
Pulsatusue parens:et fraus inneta clienti
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis

Liber :Bertus.

Nec ptem posuere suis que maxima turba est
Quicq ob adulterium cesi quicq arma secuti
Impia: nec veriti dominorum fallere dextras
Inclusi penas expectant: ne quere doceri
Quã penã: aut que forma viros: fortuna vemersit
Saxum ingens voluunt alij: radijsq rotarum
Districti pendent: sedet: eternumq sedebit
Infelix theseus phlegiasq miserrimus omnes
Admonet: et magna testatur voce per vmbras:
Discite iusticiam moniti. et non temnere diuos.
Uendidit hic auro patriam dominũq potentem
Imposuit fixit leges precio atq refixit
Hic thalamũ inuasit nate: vetitosq himeneos
Ausi omnes immane nefas: ausoq potiti
Non mihi si lingue centum sint: oraq centum.
Ferrea vox: omnes scelerũ cõprehendere formas:
Omnia penarum percurrere nomina possem.
Hec vbi dicta dedit phebi longeua sacerdos
Sed iã age carpe viã: et susceptum pfice munus
Acceleremus ait cyclopum educta caminis
Menia cõspicio atq aduerso fornice portas.
Hec vbi nos precepta iubent deponere dona.

Eneidos

Dixerat: et pariter gressi per opaca viarum
Corripiunt spaciū medium: foribusq; ꝓpinquant
Occupat eneas aditum corpusq; recenti
Spargit aqua: ramūq; aduerso in limine figit.
His demum exactis perfecto munere diue
Deuenere locos letos: et amena vireta
Fortunatorum nemorum sedesq; beatas
Largior hic campos ether: et lumine vestit
Purpureo solemq; suum sua sydera norunt
Pars in gramineis exercent membra palestris
Contendunt ludo: et fulua luctantur harena.
Pars pedibus plaudūt choreas: et carmina dicūt.
Nec non threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum
Jamq; eadem digitis iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquū teucri pulcherrima proles
Magnanimi heroes: nati melioribus annis
Jlusq; assaracusq; et troie dardanus auctor.
Arma procul: currusq; virum mirantur inanes.
Stant terre defixe haste: passimq; soluti
Per campos pascuntur equi: que gratia currum
Armorumq; fuit viuis: que cura nitentis

Liber Bertus.

Pascere equos: eadem sequitur tellure repostos:
Conspicit ecce alios dextra leuaq; per herbam
Uescentes: letumq; choro peana canentes
Inter odoratum lauri nemus: vnde superne
Plurimus eridani per siluam voluitur amnis:
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi
Quiq; sacerdotes casti dum vita manebat:
Quiq; pij vates: et phebo digna locuti:
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes
Quiq; sui memores alias fecere merendo:
Omnibus ijs niuea cinguntur tempora vitta.
Quos circũfusos sic est affata sybilla
Museum ante oẽs: mediũ nam plurima turba
Hũc babet: atq; humeris extantem suspicit altis
Dicite felices anime: tuq; optime vates
Que regio anchisen: quis habet locus: illius ergo
Uenimus et magnos herebi tranauimus amnes
Atq; huic responsum paucis ita reddidit heros
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis
Riparumq; thoros: et prata recentia riuis
Incolimus: sed si vos fert ita corde voluptas
Hoc superate iugum: et facili iam tramite sistam.

Eneidos

Dixit:et ante tulit gressum camposq; nitentes
Desup ostentat:dehinc summa cacumina linquunt
At pater anchises penitus cõualle virenti
Inclusas animas superumq; ad lumen ituras
Lustrabat studio recolens: omnemq; suorum
Forte recensebat numerum/charosq; nepotes
Fataq; fortunasq; virum:moresq; manusq;
Isq; vbi tendentem aduersum p gramina vidit:
Eneam:alacris palmas vtrasq; tetendit:
Effusesq; genis lachrime:et vox excidit ore:
Venisti tandem tuaq; expectata parenti
Vicit iter durum pietas datur ora tueri
Nate tua:et notas audire et reddere voces
Sic equidem ducebam animo:rebarq; futurum
Tempora dinumerãs:nec me mea cura fefellit:
Quas ego te terras:et quãta p equora vectum
Accipio:quãtis iactatum nate periclis:
Quã metui ne quid libie tibi regna nocerent.
Ille autem:tua me genitor tua tristis imago
Sepius occurrens hec limina tendere adegit:
Stant sale tirrheno classes da iungere dextras
Da genitor :teq; amplexu ne subtrahe nostro.

Liber :Bertus.

Sic memorans largo fletu simul ora rigabat
Ter conatus ibi collo dare bracchia circum
Ter frusta comprehensa manus effugit imago
Par leuibus ventis: volucriq; simillima somno.
Interea videt eneas in valle reducta
Secluſum nemus: et virgulta ſonantia ſiluis
Letheumq; domus placidas qui prenatat amnē
Hūc circū innumere gentes populiq; volabant.
Ac veluti in pratis vbi apes eſtate ſerena
Floribus inſidunt varijs: et candida circum
Lilia funduntur: ſtrepit omnis: murmure campus.
Horreſcit viſu ſubito: cauſaſq; requirit
Inſcius eneas que ſint ea flumina porro:
Qui ve viri tanto complerint agmine ripas:
Tum pater anchiſes: animē quibus altera fato
Corpora debentur: lethei ad fluminis vndam
Securos latices: et longa obliuia potant
Has equidem memorare tibi atq; oſtendere coram
Jam prīdē hanc prolem cupio enumera meorum
Quo magis italia mecum letere reperta.
O pater an ne aliquas ad celū hinc ire putantū eſt
Sublimes animas: iterumq; ad tarda reuerti

Eneidos

Corpora: que lucis miseris tam dira cupido:
Dicam equidem: nec te suspensus nate tenebo
Suspicit anchises: atq; ordine singula pandit:
Principio celum ac terras camposq; liquentes
Lucentemq; globum lune tytaniaq; astra
Spiritus intus alit: totam q; infusa per artus
Mens agitat molem: et magno se corpore miscet
Inde hominū pecudumq; genus vitecq; volantum
Et que marmoreo fert mōstra sub equore pontus:
Igneus est ollis vigor: et celestis origo
Seminibus quantum non noxia corpora
Terrenicq; hebetant artus moribundaq; membra
Hinc metuūt: cupiūtq; dolēt: gaudentq; nec auras
Respiciunt clause tenebris et carcere ceco
Quin et supremo cum lumen vita reliquit
Non tū omne malū miseris nec funditus omnes
Corporee excedunt pestes penituscq; necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris
Ergo exercentur penis veterumq; malorum
Supplicia expendunt: alie panduntur inanes
Suspense ad ventos: alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni

Liber Bertus

Quisq; suos patimur manes: exinde p amplum
Mittimur elisium et pauci leta arua tenemus
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem purumq; reliquit
Ethereum sensum: atq; aure simplicis ignem
Has omnes vbi mille rotam voluere per annos
Lethеum ad fluuiū deus euocat agmine magno
Scilicet immemores: supera vt cōuexa reuisant
Rursus et incipiant in corpora velle reuerti:
Dixerat anchises: natumq; vnaq; sybillam
Cōuentus trahit in medios: turbamq; sonantem
Et tumulum capit: vnde oēs longo ordine possit
Aduersos legere: et venientum discere vultus
Nunc age dardaniā prolem quę deinde sequatur
Gloria: qui maneant itala de gente nepotes
Illustres: animas nostrumq; in nomen ituras
Expediam dictis et te tua fata docebo:
Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta:
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Etheras: italo cōmixtus sanguine surget
Siluius albanum nomen tua posthuma proles
Quem tibi longeuo serum lauinia coniunx

uu i

Eneidos

Educet siluis regem: regumq; parentem:
Unde genus longa nostrum dominabitur alba
Proximus ille procas troiane gloria gentis
Et capis et numitor: et qui te nomine reddet
Siluius eneas: pariter pietate vel armis
Egregius: si vnquã regnandam acceperit albam
Qui iuuenes: quãtas ostentant aspice vires
Atqui vmbrata geruut ciuili tempora quercu:
Vi tibi nomentum: et gabios vrbemq; fidenam
Vi collatinas imponent montibus arces
Pometios: castrumq; inui: bolamq; coramq;
Hec tum nomina erunt: nunc sunt sine noie terre
Quin et auo comitem sese mauortius addet
Romulus: asarici quē sanguinis ilia mater
Educet: viden vt gemine stent vertice criste.
Et pater ipse suo superum iam signet honore
En huius nate auspicijs illa inclita roma
Imperium terris animos equabit olimpo:
Septemq; vna sibi muro circundabit arces.
Felix prole virum: qualis berecinthia mater
Inuehitur curru phrigias turrita per vrbes
Leta deum partu: centum complexa nepotes

Liber Bertus

Omnis celicolas: omnis supera alta tenentes
Hoc geminas nūc flecte acies: hāc aspice gentem:
Romanosq; tuos: hic cesar et omnis iuli
Progenies: magnum celi ventura sub axem.
Hic vir hic est tibi quē promitti sepius audis
Augustus cesar diuinum genus: aurea condet
Secula: qui rursus latio regnata per arua
Saturno quondam: sup et garamantas et indos
Proferet imperium: iacet extra sydera tellus
Extra anni solisq; vias vbi celifer atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum
Huius in aduentu iam nunc et caspia regna
Responsis horrent diuum et meotica tellus
Et septem gemini turbant trepida hostia nili
Nec vero alcides tantum telluris obiuit
Fixerit eripedem ceruam licet: aut erimanthi
Placarit nemora: et lernam tremefecerit arcu:
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis
Liber ageus celso nise de vertice tigres
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis
Aut metus ausonia prohibet consistere terra.
Quis procul ille autem ramis insignis oliue

Eneidos

Sacra ferens: nosco crines incanaq; menta
Regis romani primam qui legibus vrbem
Fundabit: curibus paruis et paupere terra
Missus in imperium magnū: cui deinde subibit
Otia qui rumpet patrie residesq; mouebit
Tullus in arma viros: et iam desuera triumphis
Agmina: quem iuxta sequitur iactantior ancus
Nunc quoq; iā nimiū gaudens popularibus auris
Vis et tarquinios reges: animamq; superbam
Vltoris bruti fascesq; videre receptos
Consulis imperium hic primum sevaseq; secures
Accipiet: natosq; pater noua bella mouentes
Ad penam pulchra pro libertati vocabit
Infelix: vtcumq; ferent ea facta minores
Vincet amor patrie ladumq; immensa cupido
Quin decios: drusosq; procul: seuumq; securi
Aspice torquatum: et referentem signa camillum
Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis
Cōcordes anime nunc: et dum nocte premuntur
Heu quantum inter se bellum si lumina vite
Attigerint quantas acies: stragemq; cicbunt.
Aggeribus socer alpinis atq; arce moneci

Liber Bertus

Descendens: gener aduersis instructus eois
Ne puerizne tanta animis assuescite bella:
Heu patrie validas in viscera vertite vires:
Tuq; prior: tu parce genus qui ducis olympo:
Proice tela manu sanguis meus.
Ille triumphata capitolia ad alta corinthо
Uictor aget currum cesis insignis achiuis:
Eruet ille argos agamemnoniasq; micenas:
Ipsumq; caciden genus armipotentis achilli
Ultus auos troie templa et temerata minerue:
Quis te magne cato tacitū: aut te cosse relinquat:
Quis gracchi genus aut geminos duo fulmina belli
Scipiadas: cladem lybie paruoq; potentem
Fabriciū vel te sulco serane: serentem.
Quo fessum rapitis fabij tu maximus ille es
Unus qui nobis cunctando restituis rem
Excudent alij spirantia mollius era.
Credo equidē viuos ducēt de marmore vultus
Orabunt causas melius celiq; meatus
Describent radio: et surgentia sydera dicent
Tu regere imperio populos romane memento
Hec tibi erunt artes pacisq; imponere morem uu ij

Eneidos

Parcere subiectis et debellare superbos.
Sic pater anchises atq; hec mirantibus addit.
Aspice vt insignis spolijs marcellus opimis
Ingreditur: victorq; viros supereminet omnes
Hic rem romanam magno turbante tumultu
Sistet eques sternet penos gallumq; rebellem
Tertiaq; arma patri suspendet capta quirino.
Atq; hic eneas: vna namq; ire videbat
Egregium iuuenem forma et fulgentibus armis
Sed frons leta parum: et deiecto lumina vultu.
Quis pater ille virum: qui sic comitatur euntem.
Filius an ne aliquis magna de stirpe nepotum:
Quis strepitus circa comitū quātum instar in ipso ē
Sed nox atra caput tristi circūuolat vmbra.
Tum pater anchises lachrimis ingressus obortis
O nate ingentem luctum ne quere tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata: neq; vltra
Esse sinent: nimium vobis romana propago
Visa potens superi: propria hec si dona fuissent.
Quātos ille virum magnā mauortis ad vrbem
Campus agat gemitus: vel que tiberine videbis
Funera cum tumulum preter labere recentem:

Liber Bertus.

Nec puer iliaca quisquam de gente latinos
Intantũ spe tollet auos: nec romula quondam
Ullo se tantum tellus iactabit alumno:
Heu pietas: heu prisca fides inuictaq; bello
Dextera: non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato: seu cum pedes iret in hostem
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer siqua fata aspera rumpas
Tu marcellus eris: manibus date lilia plenis
Purpureos spargam flores: animamq; nepotis
His saltem accumulem donis et fungar inani
Munere: sic tota passim regione vagantur
Aeris in campis latis atq; omnia lustrant
Que postquã anchises natum p singula duxit
Incenditq; animum fame venientis amore:
Exin bella viro memoratq; deinde gerenda
Laurentesq; docet populos: vrbemq; latini
Et quo quẽq; modo fugiatq; feratq; laborem
Sunt gemine somni porte: quarum altera fertur
Cornea: qua veris facilis datur exitus vmbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto.
Sed falsa ad celum mittunt insomnia manes.

His vbi tum natum anchises: vnaq; sybillam
Prosequitur dictis: portaq; emittit eburna:
Ille viam secat ad naues sociosq; reuisit
Tum se ad caiete recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.

Descriptio septimi libri

Eptimus eneam reddit fatalibus aruis:
Hic quoq; caietā sepelit tum deinde pfectus.
Laurentumq; venit: verbis cognouit iuli
Fatalem terram mensis en vescimur inquit.
Centum oratores veniam pacemq; petentes
Ad regem mittunt leti cum sorte latinum
Qui cum pace etiam nate cōnubia pactus:
Hoc forte allecto iunonis dissipat ira
Concurrunt ferro: quāuis pia fata repugnent
Belli causa fuit violatus vulnere ceruus
Tū gentes socie arma parāt: fremit arma iuuentus.

Publij Virgilij Maronis Eneidos Liber Septimus.

Liber Septimus

U quoq; littoribus nostris enea nutrix
Eternam moriens famam caieta dedisti
Et nunc seruat bonos sedem tuus: ossaq; nomen
Hesperia in magna siqua est ea gloria signat
At pius exequijs eneas rite solutis
Aggere cõposito tumuli postq; alta quierunt
Equora tendit iter velis: portumq; relinquit.
Aspirant aure in noctem: nec candida cursum
Luna negat: splẽdet tremulo sub lumine pontus:
Proxima circee raduntur littora terre:
Diues innaccessos vbi solis filia lucos
Assiduo resonat cantu: tectisq; superbis
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus: iraq; leonum
Uincla recusantum: et sera sub nocte rudentum:
Setigeri sues: atq; in presepibus vsi
Seuire: ac formę magnorum vlulare luporum
Quos hominũ ex facie dea seua potẽtibus herbis
Induerat circe in vultus ac terga ferarum.
Que ne monstra pij paterentur talia troes
Delati in portus: neu littora dira subirent

Neptunus ventis impleuit vela secundis.
Atq; fugam dedit: et preter vada feruida vexit
Jamq; rubescebat radijs mare: et ethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Cum venti posuere: omnisq; repente resedit
Flatus: et in lento luctantur marmore tonse:
Atq; hic eneas ingentem ex equore lucum
Prospicit: hunc inter fluuio tiberinus ameno
Uorticibus rapidis et multa flauus harena
In mare prorumpit varie circūq; supraq;
Assuete ripis volucres et fluminis aluco
Ethera mulcebant cantu: lucoq; volabant.
Flectere iter socijs: terreq; aduertere proras
Imperat. et letus fluuio succedit opaco.
Huncage qui reges erato que tempora rerum
Quis latio antiquo fuerit status: aduena classem:
Cum primum ausonijs exercitus appulit oris
Expediam: et prime reuocabo exordia pugne
Tu vatem: tu diua mone: dicam horrida bella:
Dicam acies: actosq; animis in funera reges.
Tirrhenamq; manū: totāq; sub arma coactam
Hesperiam: maior rerum mihi nascitur ordo

Liber Septimus

Maius opus moueo: rex arua latinus et vrbes

Iam senior longa placidas in pace regebat.

Hunc fauno et nympha genitū laurente marica

Accipimus: fauno picus pater: isq; parentem

Te saturne refert: tu sanguinis vltimus auctor

Filius huic fato diuum: prolesq; virilis

Nulla fuit primaq; oriens erepta iuuenta est

Sola domum tantas seruabat filia sedes

Iam matura viro: iam plenis nubilis annis

Multi illam magno e latio totoq; petebant

Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omnes

Turnus auis atauisq; potens: quē regia cōiunx

Adiungi generum miro ꝓperabat amore:

Sed varijs portenta deum terroribus obstant:

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis

Sacra comam multosq; metu seruata per annos

Quā pater inuentam primas cum cōderet arces:

Ipse ferebatur phebo sacrasse latinus

Laurentisq; ab ea nomen posuisse colonis:

Huius apes summum densę (mirabile dictu)

Stridore ingenti liquidum trans equora vecte

Obsedere apicem: et pedibus per mutua nexis

Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo vates externum cernimus inquit
Aduentantē virum: et ptes petere agmen eadem
Partibus ex eiſdem: et ſumma dominarier arce.
Preterea caſtis adolet dum altaria tedis:
Et iuxta genitorem aſtat lauinia virgo
Uiſa nephas longis cōprendere crinibus ignem
Atq; omnem ornatum flamma crepitante cremari
Regaleſq; accenſa comas: accuſa coronam
Inſignem gemmis tum fumida lumine fuluo
Inuoluī: ac totis vulcanum ſpargere tectis.
Id vero horrendum: ac viſu mirabile ferri
Namq; fore illuſtrem fama: fatiſq; canebant
Ipſam: ſed populo magnum portendere bellum.
At rex ſollicitus monſtris oracula fauni
Fatidici genitoris adit: lucoſq; ſub alta
Conſulit albunea: nemorum que maxima ſacro
Fonte ſonat: ſeuamq; exalet opaca mephitin.
Hinc itale gentes: omniſq; enotria tellus
In dubijs reſponſa petunt: huc dona ſacerdos
Contulit et cęſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit: ſtratis ſomnoſq; petiuit.

Liber Septimus.

Multa modis simulacra videt volitantia miris
Et varias audet voces: fruiturq; deorum
Colloquio: atq; imis acheronto affatus auernis
Nec et tum pater ipse petens responsa latinus
Centum lanigeras mactabat rite bidentes
Atq; harum effultus tergo stratisq; iacebat
Uelleribus: subita ex alto vox reddita luco est.
Ne pete cõnubijs natam sociare latinis
O mea pgenies: thalamis neu crede paratis
Externi veniunt generi qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant: quorũq; a stirpe nepotes
Omnia sub pedibus qua sol vtrũq; recurrens
Aspicit oceanum. verriq; regiq; videbunt
Hec responsa patris fauni monituq; silenti
Nocte datos non ipso premit ore latinus
Sed circũ late volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat. cum laomedontia pubes:
Gramineo ripe religauit ab aggere classem
Eneas primiq; duces et pulcher iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris alte.
Instituuntq; dapes: et adorea liba per herbas
Subijciunt epulis: sic iuppiter ipse monebat

Et cereale solum pomis agrestibus augent
Consumptis hic forte alijs: vt vertere morsus
Exiguam in cererem penuria adegit edendi
Et violare manu malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti: patulis nec parcere quadris
Heus etiã mensas cõsumimus inquit iulus
Nec plura alludens ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquẽtis ab ore
Eripuit pater: ac stupefactus numine pressit
Continua salue fatis mihi debita tellus:
Vosq; ait o fidi troie saluete penates:
Hic domus et patrie: genitor mihi talia nãq;
Hunc repeto anchises fatorum arcana reliquit
Cum te nate fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas:
Tum sperare domos defessus ibiq; memento
Prima locare manu moliriq; aggere tecta.
Hec erat illa fames: hec nos suprema manebat:
Exitijs positura modum.
Quare agite et primo leti cum lumine solis
Que loca qui ve habitãt hoies: vbi menia gentis
Vestigemus: et a portu diuersa petamus.

Liber Septimus.

Hunc pateras libate ioui: precibusq; vocate
Anchisem genitorem: et vina reponite mensis
Sic deinde effatus frondenti tempora ramo
Implicat: et genium loci q; primamq; deorum
Tellurem: nimphasq; et adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem: noctisq; orientia signa
Ideumq; iouem: phrygiamq; ex ordine matrem:
Inuocat: et duplices celoq; hereboq; parentes:
Hic pater omnipotens ter celo clarus ab alto
Intonuit: radijsq; ardentem lucis: et auro:
Ipse manu quaciens ostendit ad etbera nubem
Deditur hic subito troiana p agmina rumor
Aduenisse diem: quo debita menia condant
Certatim instaurant epulas atq; omine magno
Crateras leti statuunt: et vina coronant
Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies vrbem et fines et littora gentis
Diuersi explorant: hec fontis stagna numici
Hunc tybrim fluuiū: hic fortes habitare latinos
Tum satis anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad menia regis
Ire iubet: ramis velatos palladis omnes:

Eneidos

Donaq̃ ferre viro: pacemq̃ exposcere teucris
Haud mora festinant iussi: rapidiscq̃ feruntur
Passibus: ipse humili designat menia fossa:
Holiturq̃ locum: primasq̃ in littore sedes
Castrorum in morem pinnis: atq̃ aggere cingit.
Jamq̃ iter emensi turres ac tecta latini
Ardua cernebant iuuenes: muroq̃ subibant
Exercentur equis: domitantq̃ in puluere currus
Ante vrbem pueri: et primeuo flore iuuentus
Aut acres tenduut arcus: aut lenta lacertis
Spicula cõtorquent: cursuq̃: ictuq̃ lacessunt
Cum preuectus equo longeui regis. ad aures
Nuncius ingentes ignota in veste reportat:
Aduenisse viros: ille intra tecta vocari
Imperat: et solio medius consedit auito
Tectũ augustũ ingens centũ sublime columnis.
Urbe fuit summa laurentis regia pici
Horrendum siluis: et religione parentum
Hinc sceptra accipere et primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum:
Hic sacris sedes epulis: hic ariete cesso
Perpetuis soliti patres considere mensis.

Liber Septimus.

Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro: italusq; pater q; sabinus
Uitisator curuam seruans sub imagine falcem.
Saturnusq; senex: ianiq; bifrontis imago
Uestibulo astabant: aliiq; ab origine reges
Martia qui ob patriã pugnãdo vulnera passi:
Multaq; preterea sacris in postibus arma
Captiui pendent currus: curueq; secures
Et criste capitum: et portarũ ingentia claustra:
Spiculaq; et clipeiq; erreptaq; rostra carinis
Ipse quirinali lituo paruaq; sedebat:
Succinctus trabea: leuaq; ancile gerebat.
Picus equũ domitor: quẽ capta cupidine cõiunx
Aurea percussum virga: versumq; venenis
Fecit auem circe: sparsitq; coloribus alas
Tali intus templo diuum patriaq; latinus
Sede sedens: teucros ad sese in tecta vocauit.
Atq; hec ingressis placido prior edidit ore
Dicite dardanide (neq; enim nescimus: et vrbem
Et genus: auditiq; aduertitis equore cursus)
Quid petitis: que causa rates: aut cuius egentes
Littus ad ausonium per tot vada cerula vexit:

Siue errore vie:seu tempestatibus actis:
Qualia multa mari naute patiuntur in alto
Fluminis intrastis ripas:portuq; sedetis
Ne fugite hospitium:neve ignorate latinos
Saturni gentem:haud vinclo nec legibus equã
Sponte sua:veteriq; dei se more tenentem:
Atq; equidẽ memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes:his ortus et agris
Dardanus ideas phrigie penetrauit ad vrbes:
Threiciamq; samũ:que nũc samothracia fertur
Hinc illum cõditi tirrena a sede prefectum
Aurea nunc solio stellantis regia celi
Accipit:et numerum diuoq; altaribus auget
Diximus:et dicta ilioneus sic voce secutus
Rex genus egregium fauni:nec fluctibus actos
Atra subegit hyems vestris succedere terris:
Nec sidus regione vie littusue fefellit:
Consilio hanc oẽs:animisq; volentibus vrbem
Afferimur:pulsi regnis:que maxima quondam
Extremo veniens sol aspiciebat olympo:
Ab ioue principiũ generis:ioue dardana pubes
Gaudet auo:rex ipse iouis ne gente suprema

Liber Septimus.

Troius eneas tua nos ad littora misit:
Quãta per ideas seuis effusa micenis
Tempestas ierit campos: quibus actus vterq;
Europe atq; asie fatis concurrerit orbis
Audijt: et si quem tellus extrema refuso
Summouet oceano: et si quẽ extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui.
Diluuio ex illo tot vasta per equora vecti
Dijs sedem exiguam patrijs: litusq; rogamus
Innocuũ: et cunctis vndamq; auraq; patentem
Non erimus regno indecores: nec vestra feretur
Fama leuis: tantiq; abolescet gratia facti.
Nec troiam ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per eneeiuro dextramq; potentem
Siue fide: seu quis bello est expertus: et armis
Multi nos populi multeq; temne quod vltro
Preferimus: manibus vittas ac ẏba precantum
Et petiere sibi: et voluere adiungere gentes:
Sed nos fata deum vestras exquirere terras
Imperijs egere suis: hinc dardanus ortus:
Huc repetit: iussiq; ingentibus vrget apollo
Tirrbenũ ad tibrim: et fontis vada sacra numici.

Eneidos

Dat tibi preterea fortune parua priorís
Munera: reliquias troia ex ardente receptas.
Hoc pater anchises auro libabat ad aras:
Hoc priami gestamen erat: cum iura vocatis
Hoc daret populis sceptrumq; sacerq; tiaras
Iliadumq; labor vestes.
Talibus ilionei dictis defixa latinus
Obtutu tenet ora: soloq; immobilisq; heret
Intentos voluens oculos: nec purpura regem
Picta mouet: nec sceptra mouent priamcia tantū
Quātum in cōnubio nate: thalamoq; moratur
Et veteris fauni voluit sub pectore sortem:
Hunc illum fatis extrema ab sede profectum
Portendi generum: paribusq; in regna vocari
Auspicijs: hinc progeniem virtute futuram
Egregiam: et totum que viribus occupet orbem:
Tandem letus ait: dij nostra incepta secundent
Augurijumq; suū: dabitur troiane quod optas:
Munera nec sperno: non vobis rege latino
Diuitis vber agri: troicue opulentia deerit.
Ipse modo eneas: nostri si tanta cupido est
Si iungi hospicio properat: sociusue vocari

Liber Septimus.

Aduenias vultus neue exhorrescat amicos:
Pars mihi pacis erit: dextrā tetigisse tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata viro gentis quā iungere nostre
Non patrio ex adito sortes non plurima celo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris
Hoc latius restare canunt: qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant: nunc illum poscere fata
Et reor: et si quid veri mens augurat opto.
Hec effatus: equos numero pater eligit omni
Stabant tercentum nitidi in presepibus altis.
Omnibus extemplo teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes pictisq; tapetis
Aurea pectoribus demissa monilia pendent
Tecti auro fuluū mandunt sub dentibus aurum
Absenti enee currum. geminosq; iugales
Semine ab ethereo spirantes naribus ignem.
Illorum de gente: patri quos dedala circe
Supposita de matre nothos furata creauit.
Talibus eneade donis: dictisq; latini
Sublimes in equis redeunt pacemq; reportant.
Ecce autem inachijs sese referebat ab argis

Seua iouis cõiunx: auraſq; inuecta tenebant
Et letum eneam: claſſemq; ex ethere longe
Dardaniam ſiculo proſpexit ab vſq; pachinno
Moliri iam tecta videns: iam fidere terre
Deſeruiſſe rates: ſtetit acri fixa dolore:
Tum quaſſans caput: hec effudit pectore dicta
Heu ſtirpem inuiſam: et fatis cõtraria noſtris
Fata frigum: num ſigeis occũbere campis
Num capti potuere capi: num incenſa cremauit
Troia viros: medias acies: mediosq; per ignes
Inuenere viam: at credo mea numina tandem
Feſſa iacent: odijs aut exaturata quieui:
Quin etiam patria excuſſos infeſta per vndas
Auſa ſequi: et profugis toto me opponere ponto
Abſumpte in teucros vires: celiq; mariſq;
Quid ſyrtes: aut ſilla mihi quid vaſta caribdis
Profuit: optato conduntur tybridis aluco
Securi pelagi: atq; mei: mars perdere gentem
Immanem lapithum valuit: conceſſit in iras
Ipſe deum antiquã genitor calidonã diane:
Quod ſcelus aut laphitis tantũ aut calidone merẽte
Aſt ego magna iouis: cõiunx nil linquere inauſum

Liber Septimus.

Que potui infelix: que memet in omnia verti
Uincor ab enea: quod si mea numina non sunt
Magna sat⁊: dubitē haud equidē: iplorat q̄ vsq̄ ē
Flectere si nequeo superos: acheronta mouebo
Non dabitur regnis (esto) prohibere latinis
Atq̄ immota manet fatis lauinia coniunx.
Attrahere atq̄ moras tantis licet addere rebus
At licet amborum populos excidere regum
Hoc socer atq̄ gener coeant mercede suorum:
Sanguine troiano: et rutilo dotabere virgo
Et bellona manet: te pronuba: nec face tantum
Cisseis pregnans ignes enixa iugales:
Quin idem veneri partus suus: et paris alter
Funesteq̄ iterum recidiua in pergama thede.
Hec vbi dicta dedit terras horrenda petiuit
Luctificam alecto dirarum a sede sororum:
Infernisq̄ ciet tenebris cui tristia bella:
Iraq̄ insidiaeq̄: et crimina noxia cordi
Odit et ipse pater pluton: odere sorores
Tartareq̄ monstrum: tot sese vertit in ora.
Tam seue facies tot pululat atra colubris
Quā iuno bis acuit verbis: ac talia fatur.

Hunc mihi da ꝓpium ꝥgo fata nocte laborem
Hanc operã ne noster honos: infractaue cedat
Fama loco: neu cõnubijs ambire latinum
Eneade possint italosq; obsidere fines
Tu potes vnanimes armare in prelia fratres
Atq; odijs versare domos: tu verbera tectis
Funeraq; inferre faces: tibi nomina mille:
Mille nocendi artes: fecundum cõcute pectus
Disijce composita pacem: sere crimina belli:
Arma velit: poscatq; simul: rapiatq; iuuentus.
Exin gorgoneis alecto infecta venenis
Principio latium: et laurentis tecta tyranni
Celsa petit: tacitumq; obsedit limen amate:
Quã sup aduentu teucrum: turniq; hymeneis
Feminee ardentem cureq; ireq; coquebant
Huic dea ceruleis vnum de crinibus anguem
Conijcit: inque sinũ precordia ad intima subdit
Quo furibunda domũ monstro pmisceat oẽm
Ille inter vestes et leuia pectora lapsus
Voluitur attactu nullo: fallitq; furentem:
Vipeream inspirans animam fit torile collo
Aurum ingens coluber: fit longe tenia vite.

Liber Septimus

Innectitq; comas:et membris lubricus errat.
Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno
Pertentat sensus:atq; ossibus implicat ignem:
Nec dum animus toto pcepit pectore flammam
Mollius:et solito matrum de more locuta est
Multa sup nata lachrimans:phrigiisq; hymeneis
Exulibus ne datur ducenda lauinia teucris
O genitor nec te miseret nateq; tuiq;.
Nec matris miseret:quã primo aquilone relinquet
Perfidus alta petens abducta virgine predo.
At nõ sic phrigius penetrat lacedemona pastor
Ledeamq; helenam troianas vexit ad vrbes:
Quid tua sancta fides:quid cura antiqua tuoꝝ
Et consanguineo totiens data dextera turno:
Si gener externa patitur de gente:latinis
Idq;.sedet:fauuiq; premunt te iussa parentis
Omnem equidẽ sceptris terrã que libera nostris
Dissidet:externam reor:et sic dicere diuos
Et turno si prima domus repetatur origo
Inachus acrisiusq; patres mediq; micene.
Vis vbi ne quicquam victis experta latinum
Contra stare videt:penitusq; in viscera lapsum

Eneidos

Serpentis furiale malum: totamq; pererrat:
Tum vero infelix in gentibus excita monstris
Immensam sine more furit lymphata p vrbem
Ceu quondam torto volitas sub verbere turbo
Quē pueri: magno in giro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spacijs: stupet inscia turba:
Impubesq; manus mirata volubile buxum:
Dant animos plagae: non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur populosq; feroces:
Quinetiā in siluas simulato numine bacchi
Maius adorata nefas: maiorēq; orsa furorem
Euolat: et natam frondosis montibus addit
Quo thalamū eripiat teucris tedasq; inoretur
Heu obe bacche fremens solū te virgine dignum
Vociferans: etenim mollis tibi sumere thirsos
Te lustrare choros: sacrum tibi pascere crinem
Fama volat: furijsq; accensas pectore matres
Idem oēs simul ardor agit noua querere tecta
Deseruere domos: ventis dat colla comasq;
Ast alie tremulis vlulatibus ethera complent
Pampineasq; gerunt incincte pellibus hastas:

Liber Septimus

Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet: ac nate: turnique canit hymeneos
Sanguineam torquēs aciem: torquūque repente
Clamat io: matres audite vbicūque latine:
Si qua pijs animis manet infelicis amate
Gratia: si iuris materni cura remordet.
Soluite carnales vittas: capite orgia mecum
Talem inter siluas inter deserta ferarum
Reginam alecto stimulis agit vndique bacchi.
Postquā visa furis primos accisse furores
Consiliumque omnemque domum vertisse latini
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
Acrisioneis dane fundasse colonis
Precipiti delata noto: locus ardea quondam
Dictus auis et nunc magnū manet ardea nomen
Sed fortuna fuit: terris hic turnus in altis
Jamque media nigra carpebat nocte quietem
Alecto toruam faciem: et furialia membra
Ecuitan vultus sese transformat anīles:
Et frontem obscenam rugis arat: induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit oliue:

Fit calibe iunonis anus templiq; sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne tot incassum fusos patiere labores
Et tua dardanijs transscribi sceptra colonis:
Rex tibi cõiugium et quesitas sanguine dotes
Abnegat: externusq; in regnum queritur heres
I nunc ingratis offert te irrise periclis:
Tirrhenas i sterne acies:tege pace latinos:
Hec adeo tibi me placida cum nocte iacentem
Ipsa palam fari omnipotens saturnia iussit.
Quare age et armari pubem portisq; moueri
Letus in arua para:et phrigios q̃ flumine pulchro.
Consedere duces:pictasq; exure carinas.
Celestum vis magna iubet:rex ipse latinus
Ni dare cõiugium:et dicto parere fatetur
Sentiat:et tandem turnũ experiatur in armis.
Hic iuuenis vatem irridens sic orsa vicissim
Ore refert:classes inuectas tibridis vndam
Non vt rere meas:effugit nuncius aures
Nec tantos mihi finge metus:nec regia iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa situ:veriq; effeta senectus

Liber Septimus.

O mater curis nequicquam exercet arma
Regnum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi diuum effigies et templa tueri:
Bella viri pacemq; gerant: quis bella gerenda
Talibus alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus
Dirigere oculi: tot crinnis sybilat hydris:
Tantaq; se facies aperit: tum flamea torquens
Lumina cunctantem et querentē dicere plura
Reppulit et geminos erexit crinibus angues
Uerberaq; insonuit: rabidoq; hec addidit ore
En ego victa situ: quā veri effeta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit
Respice ad hec adsum dirarum ab sede sororū
Bella manu letumq; gero.
Sic effata facem iuueni cōiecit: et atro
Lumine fumantes fixit sub pectore tedas
Olli somnū ingens rupit pauor: ossaq; artus
Perfudit toto proruptas corpore sudor.
Arma amens fremit: arma toro tectisq; requirit
Seuit amor ferri: et scelerata insania belli.
Ita sup magno veluti cum flamma sonore

Virgea suggeritur costis vndantis abeni:
Exultantq; est n latices: furit intus aque uis
Fumidus: atq; alte spumis exuberat amnis:
Nec iã se capit vnda: volat vapor ater ad auras
Ergo iter ad regem polluta pace latinum
Incidit primis iuuenum: et iubet arma parari
Tutari italiam: detrndere finibus hostem:
Se satis ambobus teucrisq; venire latinisq;.
Nec vbi dicta dedit: diuosq; in vota vacauit
Certatim sese rutuli exhortantur in arma
Hunc decus egregiũ forme mouet atq; iuuente
Hunc ataui reges: hunc claris dextera factis:
Dum turnus rutilos animis audacibus implet
Alecto in teucros stigijs se concitat alis
Arte noua speculata locũ: quo littore pulcher
Insidijs cursuq; feras agitabat iulus.
Hic subitam canibus rabiem cocitea virgo
Obijcit: et noto nares contingit odore.
Ut ceruũ ardentes agerent: que prima malo
Causa fuit: belloq; animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma prestanti cornibus ingens
Tirrbide pueri quem matris ab vbere raptum

Liber :Septimus.

Nutribant: tyrrheusq; pater cui regia parent
Armenta: et late custodia credita campi
Assuetum imperijs soror omni siluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis
Pectebatq; ferrũ: puroq; in fonte lauabat
Ille manum patiens: mensæq; assuetus herili
Errabat siluis: rursusq; ad limina nota
Ipse domum sera quãuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabide venantis iuli
Cõmouere canes: fluuio cum forte secundo
Defluere: ripaq; estus viridante laugaret.
Ipse etiam eximie laudis succensus amore
Ascanius curuo direxit spicula cornu
Hec dextre erranti deus abfuit: actaq; multo
Perq; vterum sonitu perq; ilia venit arundo
Saucius ac quadrupes nota intra tecta refugit.
Successitq; gemens stabulis: questuq; cruentus
Atq; imploranti similis: tectum omne repleuit.
Siluia prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium vocat: et duros cõclamat agrestes:
Olli pestis eĩ tacitis latet aspera siluis
Improuisi adsunt hic torre armatus obusto:

Eneidos

Stipitis hic grauidi nodis quo cuiq; repertū est
Rimanti telum ira facit: vocat agmina terrbus
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebat rapta spirans immane securi
At seua e speculis tempus dea nacta nocendi
Ardua tecta petit stabuli: et de culmine summo
Pastorale canit signum: cornuq; recurro
Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
Cōtremuit nemus: et siluę intonuere profunde
Audijt et triuie longe lacus: audijt amnis
Sulphurea nar albus aqua: fonteſq; velini:
Et trepide matres pressere ad pectora natos:
Tum vero ad vocem celeres: qua buccina signū
Dira dedit: raptis cōcurrunt vndiq; telis
Indomiti agricole: necnon et troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis:
Direxere acies: non iam certamine agresti
Stipitibus duris agitur sudibus ve pruſtis:
Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; late
Horresc it tristis seges ensibus: eraq; fulgent
Sole lacessita: et lucem sub lumine iactant.
Fluctus vti primo cepit cum albescere vento

Liber Septimus.

Paulatim sese tollit mare et altius vndas
Erigit: inde imo cõsurgit ad ethera fundo
Vnda tumens: tum pressa cadit fluctusq; recurvo
Verberat egestus: latos ad littora campos
Voluitur: et magno plangore refunditur vndis.
Iamq; ter oceanum famulæ victricis adortæ
Ter frustra tentare domum: ter fessa natarum
Ter circum effusis cessere paludibus vndæ.
Ecce furens antis in limine mænala virgo
Sternitur: et multis heret venabula costis
Quam genetrix nymphæ casu gauisa sinistro
Ingemuit: miseræ quam non in funere nati
Fata nec ipsa dolor crudelis morte resolvit.
Nam simul egressæ tectis thalamisq; parentum
Audierant matres ululatus mœnala per altum
Quos dederat comitum cædes: subitusq; per omnes
Cognitus Actæi rumor venisse nepotis
Finibus: et vacuas hostili cladis in oras
Ventum: ad prisca Jovis delubra vetustaq; busta
Inachidum: tunc sacra deum sacratis ab vrnis
Lymphabant: tunc cuncta super flammantia lucis
Cornua: tunc latices puræ nitidique vaporis
Tura ferunt: iamq; ipsa nouos dux inclyta bacchos
Parthenopæus equis: et Mars armipotens aderat.
Omnia fax furiale facit: quo plenior instat
Orgia: quo vecors: et mentis nescia tristis
Nec mora: femineis prædam cum fratribus vltro
Quærit: et ignaros incautum pecus agit ad aras.
Ecce super viridi nexam religione puellam
Cernit: et hanc sanctis ducentem sacra sacerdos
Innocuam: et castis manibus pia liba ferentem
Vt vidit: rapta fertur dea concita mente
Et furiale nefas animis: et pectora torquet
Vipereum: stimulisq; agit infelicibus vrit.
Illa inter mediam cædem: gressumq; morantem
Orantemq; diu: multo clamore precantum
Ora ferox prima rupit sibi: protinus vnum
Dilacerat miserum fœdato vulnere pectus
Semianimemq; trahit: quo se furor vertit: eunti
Obvius ante fores magnis Eurydicius vrbis
Custodes: ille ad portam rex maximus armis
Tutabatur iter: sed non defensus: et ingens
Cura deum: non tela virum: non mœnia possunt
Quin ruat: et scopulis illisum dissipet agmen.
Ergo ubi clara super fulsit fax tempora: et ora
Vipeream vibrata quatit: simul undique matres
Ardentes oculos intorquent: et agmine facto
Quæ prius infensæ pecori: nunc ora leonum
Sanguineasq; horrent fauces: hinc plurima circum
Tela fremunt: vitroq; volant contisq; minantur
Ille pedum primo celeres elapsus ab ictu
Tendebat manibus ramos: et verba precando
Fundebat miserans: Ah nos insontibus annis
Parcite matres: ait: si vestros tangere nati
Non piguit thyrsos: si vos genuere parentes
Non nostra hæc facies: non hæc miserabilis ætas
Flectat: et ipse pater Eurydicius: ipse propinquus
Ille avus: et tanto non indignetur honore
Quod mihi sit: quod me tellus Actæa nepotem
Agnoscat: quod sim Cadmeæ filia matris
Ne quæso: ne me Eurydicio de sanguine cretam
Credite: non ego sum Pentheo de stirpe: nec illum
Aut patruum: aut vestros unquam vidi hospita muros
Quid nemus aut saltus rapto mihi monte petatur
Quid pecudes: quid arva sequar? quæ gratia regni
Hæc mihi? quæ nostra tantum discordia gentis?
Si mihi mors aliquis divum scelerata parandi
Quærit: et hoc vestræ pensant mea funera iræ
Me quocunq; modo me vestra piabitis ira
Dum non ulterius vestros videatis honores
Dum non hæc ultra nemora et sacra orgia tractem
Hæc ait: et lacrymis supplex orabat obortis
Ast illi rabidis furiarum concita stimulis
Non lacrymas: non ulla preces mollita quierunt
Ingentes vero primum Bromiades ululatus
Tollit: et hoc signo cunctas accersit ad arma
Tum cornu effusæ stridorem dedere recurvum
Tympana rauca fremunt: tum bellicus ære sonabat
Concha: furit mœnala virgo: et Pentheia turba
Fitque pedum cursu: et strepitu mixtoq; tumultu
Horrendum stridens flatu discordia cornu
Evicit gemitum: et fausto rubicunda lacerto
Intulit arma manum: sparsis hastile comantem
Concutit: et vasto clipeum rapit impiger vmbo
Ecce autem primo clipeo mirabile visu
Gorgonis anguiferæ caput: et pectora cinctæ
Flagellis hydri: et rabie fera carmen erinnys
Efficit: hæc natum magno cum matre pudorem
Incensi crudele decus: hæc in funere fratrum
Fecerat exsultans: hæc hostica regna videbat
Lætaq; Dircæi rapiebat membra tyranni
Hanc contra stabat clipeo Cadmeius heros
Tydides: multa vastator cuspide fortis
Et circumfusa nitens hyacinthina lana
Agmina cui legio Italum: quæ summa sequendo
Classica pulsarat: sed tum pietate retusa
Cuncta cadunt: animi: atq; ingens victoria victis
Sponte sua patuit: non illum cornua vincunt
Non tubæ: non enses: non ipse acerrimus Mavors
Sed pietas: sed tanta meum mihi fama Menœten
Victa dabat: cui non labor ullus honesto
Non mors ante diem: non exsilium grave tristi
Non paupertas sancta viro: non tela furentum
Barbara: nec gelidi fines extremaq; Thules
Hospitia: et Scythici penetrabilis amnis imago
Hic vir: hic ille fuit: nostri pars optima belli
Cui pius æternum frater cessurus honorem
Oedipodioniden inter sceptrumq; locabat
Innocuos: et jura volens sine lege tenebat
Ast ubi fœdatam thalami pietate cruenta
Deformemq; videt: et fratrum funere mœstam
Lumina volvit obesa: quibus non sidera prima
Non ortus: non ora vacant non frugibus arva
Sed soli facies aversa nefandaq; mater
Tum vero infelix ingemuit: tum pectore imo
Eruptum clipeo: et sparsis hastile comantem
Concutit: et vasto clipeum rapit impiger vmbo
Ecce autem primo clipeo mirabile visu
Gorgonis anguiferæ caput: et pectora cinctæ
Flagellis hydri: et rabie fera carmen erinnys
Efficit: hæc natum magno cum matre pudorem
Incensi crudele decus: hæc in funere fratrum
Fecerat exsultans: hæc hostica regna videbat
Lætaq; Dircæi rapiebat membra tyranni
Hanc contra stabat clipeo Cadmeius heros
Tydides: multa vastator cuspide fortis
Et circumfusa nitens hyacinthina lana
Agmina cui legio Italum: quæ summa sequendo
Classica pulsarat: sed tum pietate retusa
Cuncta cadunt: animi: atq; ingens victoria victis
Sponte sua patuit: non illum cornua vincunt
Non tubæ: non enses: non ipse acerrimus Mavors
Sed pietas: sed tanta meum mihi fama Menœten
Victa dabat: cui non labor ullus honesto
Non mors ante diem: non exsilium grave tristi
Non paupertas sancta viro: non tela furentum
Barbara: nec gelidi fines extremaq; Thules
Hospitia: et Scythici penetrabilis amnis imago
Hic vir: hic ille fuit: nostri pars optima belli
Cui pius æternum frater cessurus honorem
Oedipodioniden inter sceptrumq; locabat
Innocuos: et jura volens sine lege tenebat
Ast ubi fœdatam thalami pietate cruenta
Deformemq; videt: et fratrum funere mœstam
Lumina volvit obesa: quibus non sidera prima
Non ortus: non ora vacant non frugibus arva
Sed soli facies aversa nefandaq; mater
Tum vero infelix ingemuit: tum pectore imo

Eneidos

Undiq; vt auxilio veniant: sparga arma p agros
Tum contra iuno terroq; et fraudis abunde est
Stant belli cause: pugnatur cominus armis:
Que sors prima dedit: sanguis nouus imbuit arma
Talia coiugia et tales celebrent hymeneos
Egregium veneris genus: et rex ipse latinus.
Te super ethereas errare licentius auras
Haud pater ille velit summi regnator olimpi.
Cede locis: ego siqua super fortuna laborum est
Ipsa regam: tales dederat saturnia voces.
Illa autem attollit stridentes anguibus alas
Cocitiq; petit sedem: supera ardua linquens.
Est locus italie in medio sub montibus altis
Nobilis: et fama multis memoratus in oris
Am sancti valles: densis hunc frondibus atrum
Urget vtrinq; latus nemoris medioq; fragosus
Dat sonitum saxis et toto vertice torrens
Hic specus horrendum: et sceui spiracula ditis
Monstrantur ruptoq; ingens acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: quis condita crinnis
Inuisum numen terras celumq; leuabat:
Nec minus interea extremam saturnia bello

Liber Septimus.

Imposuit regina manum: ruit omnis in vrbem
Pastor et acie numerus: cessosq reportant
Almonem puerum: fedatiq ora galesi:
Implorantq deos: obtestanturq latinum
Turnus adest: medioq in crimine cedis et ignis
Terrorem ingeminat: teucros in regna vocari
Stirpem admisceri phrigiam: selimine pelli.
Tum quor attonite baccho nemora auia matres
Insultant thiasis (neq eum leue nomen amate)
Undiq collecti cocunt martemq fatigant
Ilicet infandum cuncti cõtra omnia bellum
Contra fata deum peruerso numine poscunt.
Certatim regis circũstant tecta latini
Ille velut pelagi rupes immota resistit
Ut pelagi rupes magno veniente fragore
Que sese multis circum latrantibus vndis:
Mole tenet scopuli ne quicq et spumea circum
Saxa fremunt: laterieq illisa refunditur alga
Uerũ vbi nulla datur cecum exuperare potestas
Consilium: et sceue nutu iunonis eunt res
Multa deos auraseq pater testatus inanes
Frangimur heu fatis inquit: ferimurq procella:

Ipsi has sacrilego pendetis sanguine penas
O miseri te turne nefas: te triste manebit
Supplicium: votisq; deos venerabere seris.
Flamq; mihi pta quies omnisq; in limine portus:
Funere felici spolior: nec plura locutus
Sepsit se tectis: rerumq; reliquit habenas
Hos erat hesperio in latio quē protinus vrbes
Albane coluere sacrum: nunc maxima rerum
Roma colit: cū prima mouent in prelia martem
Siue getis inferre manu lachrimabile bellum
Hyrcanisq; arabis ve parāt: seu tendere ad indos
Auroramq; sequi: parthosq; reposcere signa.
Sunt gemine belli porta (sic nomine dicunt)
Religione sacre: et seui formidine martis.
Centum erei claudunt vectes: eternaq; ferri
Roborа: nec custos absistit limine ianus.
Has vbi certa sedet patribus sententia pugne:
Ipse quirinali trabea: cinctuq; gabino
Insignis reserat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas: sequitur tum cetera pubes
Aereaq; assensu conspirant cornua rauco.
Hoc et tum eneadis iudicere bella latinus

Suetonius in libro de grammaticis Virgilium dicit tria de sua re habere Virgilium dicit reserare quod et fores de pugna aperire aliud regum quod et purpuream et habet tamen aliquid tale de purpura et toto negotio.

Liber Septimus

Horre iubebatur: tristisq; recludere portas.
Abstinuit tactu pater: auersusq; refugit
Feda ministeria: et cecis se condidit vmbris.
Tum regina deum celo delapsa morantes
Impulit ipsa manu: portas et cardine verso
Belli ferratos rupit saturnia postes.
Ardet inexcita ausonia atq; immobilis ante:
Pars pedes ire parat: campis: pars arduus altis
Pulueruleutus equis: furit: omes arma requirūt:
Pars leuis clipeos: et spicula lucida tergent
Aruina pingui: subiguntq; in cote secures
Signaq; ferre iuuat: sonitusq; audire tubarum
Quinq; adeo magne positis incudibus vrbes
Tela nouant: atina potens: tiburq; superbum:
Ardea crustumeriq; et turrigere antenne:
Tegmina tuta cauant capitū: flectuntq; salignas
Umbonum crates: alij thoracas ahenas:
Aut leuis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc: et falcis bonos: huc omnis aratri
Cessit amor: recogunt patrios fornacius enses.
Classica iamq; sonant: it bello tessera signum:
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille trementes

Eneidos

Ad iuga cogit equos clipeumq; auroq; trilicem
Loricam induitur: fidoq; accingitur ense.
Pandite nunc helicona deę: cantusq; mouete:
Qui bello exciti reges: quę quemq; secute
Complerint campos acies: quibus itala tantum
Floruerit terra alma viris: quibus arserit armis
Et meministis enim diuę: et memorare potestis
Ad nos vix tenuis fame perlabitur aura.
Primus iuit bellum tyrrbenis asper ab oris
Contemptor diuū mezentius agminaq; armat
Filius huic iuxta lausus: quo pulchrior alter
Non fuit excepto laurentius corpore turni.
Lausus equum domitor debellatorq; ferarum
Ducit agilina nec quicquam ex vrbe secutos
Mille viros dignus patriis qui letior esset
Imperijs: et cui pater haud mezentius esset.
Post hos insignem palma per grāmina currum
Victoresq; ostentat equos satus hercule pulchro
Pulcher auentinus clipeoq; insigne paternum
Centū angues cinctaq; gerit serpentibus hydram
Collis auentini silua quem rhea sacerdos
Furtiuū partu sub luminis edidit auras:

Liber Septimus

Victa deo mulier: postquam laurentia victor
Gerione extincto tyrintbius attigit arua
Tyrrbenocq; boues in flumine lauit byberas
Pila manu scuoscq; gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone: verucq; sabello
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum seta cum dentibus albis
Indutus capiti: sic regia tecta subibat
Horridus herculeocq; humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres tyburtia menia linquunt
Fratris tyburti dictam cognomine gentem.
Catilusq; acercq; coras argiua iuuentus
Et primã ante aciem densa inter tela feruntur.
Ceu duo nubigine cum vertice montis ab alto
Descendũt centauri homolon othrincq; niualem
Linquẽtes cursu rapido: dat euntibus ingens
Silua locum: et magno cedunt virgulta fragore
Nec prenestine fundator defuit vrbis:
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem
Inuentumcq; focis omnis quem credidit etas
Ceculus: hunc legio late comitatur agrestis
Quicq; altum prenestc viri: quicq; arua gabine

Eneidos

Junonis gelidumq; anienem: et rosida riuis
Hernica saxa colunt: quos diues anagnia pascit
Quos amasene pater: nō illis omnibus arma:
Nec clipei: currus ve sonant: ps maxima glandes
Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu: fuluoq; lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti: vestigia nuda sinistri
Instituere pedis: crudus tegit altera pero.
At messapus equū domitor: neptunia proles:
Quem neq; fas igni cuiquā nec sternere ferro
Jam pridem resides populos desuetaq; bello
Agmina in arma vocat subito: ferrūq; retractat
Hi fescenninas acies: equosq; falisco
Hi soractis habent arces flauiniaq; arua.
Et cimini cum monte lacum: lucosq; capenos
Ibant equati numero regemq; canebant.
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cigni
Cum sese pasto referunt et longa canoros
Dant p colla modos: sonat amnis: et asia longe
Pulsa palus:
Nec quisquam erratas acies ex agmine tanto
Misceri puter: acream sed gurgite ab alto

Liber Septimus

Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.
Ecce sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmē agēs clausus magnicz ipse agminis instar
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens
Per latiū postquā in ptem data roma sabinis
Una ingens amiterna coborz prisciz quirites
Ereti mauns omnis: oliuiferecz mitisce
Qui nomentum vrbem: qui rosea rura velini
Qui tetrice horrentis rupes: montemcz seuerū:
Casperiamcz colunt: foruloscz: et flumen hymelle
Qui tybrim fabarimcz bibunt quos frigido misit
Aursia: et ortine classes: populicz latini
Quoscz secans infaustum interluit allia nomen
Quā multi libico voluuntur marmore fluctus
Seuus vbi orion hybernis conditur vndis:
Vel quam sole nouo dense horrentur ariste:
Aut bermi campo aut litie flauentibus aruis.
Scuta sonant: pulsucz pedum conterrita tellus
Hinc agamemnonius troiani nominis hostis
Curru iungit balesus equos: turnocz feroces
Mille rapit populos vertunt felitia baccho
Massica qui rastris: et quos de collibus altis

Aurunci misere patres: scidicinaq; iuxta
Equora: quicq; cales linquunt: amnisq; vadosi
Accola vulturni: pariterq; saticulus asper.
Oscorumq; manus: terretes sunt aclides illis
Tela: sed hec lento mos est aptare flagello
Leuam cetra tegit: falcati cominus enses
Nec tu carminibus nostris inductus abibis
Oebale quem generasse telon sebetride nympha
Ferunt: et beleboum capreas cum regna teneret
Jam senior: patrijs sed non et filius aruis
Contentus late iam tum ditione premebat
Sarrastas populus: et que rigat equora sarnus:
Quiq; rufas batulumq; tenent: atq; arua celenne
Et quos malifere despectant menia belle
Teutonico ritu soliti torquere cateias
Tegmina: quis capitum raptus de subere cortex
Eratecq; micant pelte: micat ereus ensis.
Et te montose misere in prelia nurse
Ufens in signem fame: et felicibus armis.
Horrida precipue cui gens assuetaq; multo
Uenatu nemorum duris equicola glebis
Armati terram exercent: semperq; recentes

Conuectare iuuat predas: et viuere rapto.
Quin et marrubia venit de gente sacerdos
Fronde sup galeam et felici comptus oliua
Archippi regis missu fortissimus vmbro.
Uipereo generi et grauiter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantuq manuq solebat:
Mulcebatq iras et morsus arte leuabat.
Sed non dardanie medicari cuspidis ictum
Eualuit: neq enim iuuere in vulnere cantus
Somnifer: et marsis quesite in montibus herbe
Te nemus angitie: vitrea te fuscinus vnda:
Te liquidi fleuere lacus.
Ibat et hypoliti proles pulcherrima bello
Uirbius: insignem quē mater aricia misit
Eductum egerie lucis hymetia circum
Littora pinguis vbi et placabilis ara diane
Namq ferunt fama hypolitū postq arte nouerce
Occiderit: patriasq explerit sanguine penas
Turbatis distractus equis: ad sydera rursus
Etherea: et superas celi venisse sub auras
Peonijs reuocatum herbis: et amore diane.
Tū pater oipotens aliquē indignatus ab vmbris

Mortalem infernis ad limina surgere vite
Ipse repertorem medicine talis et artis
Fulmine phebigenam stigias detrusit in vndas
At triuia hypolitum secretis alma recondit
Sedibus:et nympbe egerie nemoriq; relegat
Solus vbi in siluis italis ignobilis euum
Exigeret versoq;:vbi nomine virbius esset
Unde etiam templo triuie luciscq; sacratis
Cornipedes arcentur equi: q littore currum
Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
Filius ardentes(haud secius equore campi)
Exercebat equos:curruq; in bella ruebat
Ipse inter primos prestanti corpore turnus
Uertitur arma tenens:et toto vertice supra est
Cui triplici crinita iuba galea alta chimeram.
Sustinet etueos efflantem faucibus ignes.
Tam magis illa fremes:et tristibus effera flāmis
Quā magis effuso crudescunt sanguine pugne.
At lucem clipeum sublatis cornibus io
Auro insignibat iam setis obsita iam bos
Argumentum ingens:et custos virginis argus
Celataq; amnem fundens pater inachus vrna

Liber Septimus.

Insequitur nymbus peditum: clipeataq; totis
Agmina densantur campis argiuaq; pubes:
Auruncecq; manus: rutuli veteresq; sicani:
Et sacrane acies: et picti scuta libici.
Qui saltus tyberine tuos: sacrumq; numici:
Littus arant rutulosq; exercent vomere colles:
Circeumq; iugum quis iuppiter anxurus aruis
Presidet: et viridi gaudens ferouia luco.
Qua sature iacet atra palus: gelidusq; per imas
Querit iter valles: atq; in mare conditur vfens
Hos super aduenit volsca de gente camilla
Agmen agens equitum. et florentes ere catteuas
Bellatrix: non illa colo: calathisve minerue
Femineas assueta manus: sed prelia virgo
Dura pati: cursuq; pedum preuertere ventos.
Illa vel intacte segetis per summa volaret
Gramina: ne teneras cursu lasisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter: celeres nec tingeret equore plantas:
Illam omnes tectis agrisq; effusa iuuentus
Turbaq; miratur matrum: et prospectat euntem

Attonitis inbians animis: vt regius ostro
Vellet bonos leues humeros: vt fibula crinem
Auro internectar liciam vt gerat ipsa pharetram
Et pastoralem prefixa cuspide mirtum.

Descriptio Octaui libri.

Reparat octauo bellũ quos mittat in hostis.
Dat belli signum laurentis turnus ab arce.
Mittitur: et magni venulus diomedis ad vrbem
Qui petat auxilium: et doceat que causa petendi
Eneas diuum monitis adit arcada regem
Euandrũ arcadie, pfugum noua regna petentem
Accipit auxiliũ huic natũ et socia agmina iungit
Euander: pallas fatis comes ibat iniquis
Jamq; babilis bello: et maternis letus in armis
Fataq; fortunasq; ducum causasq; suorum
Sortitus dipco diuina intentus in arte est.

Publij Virgilij Maronis Eneidos. Liber Octauus

Liber Octauus.

Et belli signum laurenti turnus ab arce
Extulit: et rauco strepuerũt cornua cantu
Utq; acres cõcussit equos utq; ipulit arma
Extemplo turbati animi simul oẽ tumultu
Coniurat trepido latium: scitq; iuuentus
Effera: ductores primi messapus et ufens:
Contemptorq; deũ mezentius undiq; cogunt
Auxiliaq; et latos uastant cultoribus agros.
Mittitur et magni uenulus diomedis ad urbem:
Qui petat auxilium: et latio cõsistere teucros
Aduectum eneam classi uictosq; penates
Inferre: et fatis regem se dicere posci
Edoceat: multasq; uiro se adiungere gentes
Dardanio: et late latio increbescere nomen
Quid struat his ceptis: quem si fortuna sequatur
Euentum pugne cupiat manifestius ipsi
Quam turno regi aut regi apparere latino.
Talia per latium: que laomedontius heros
Cuncta uidens: magno curarum fluctuat estu
Atq; animũ celerem nunc huc nunc diuidit illuc:
In partesq; rapit uarias: perq; omnia uersat:
Sicut aque tremulum labris ubi lumen abenis

Eneidos

Sole repercussum: aut radiantis imagine lune
Omnia peruolitat late loca. iamq; sub auras
Erigitur: summiq; ferit laquearia tecti.
Nox erat: et terras animalia fessa per omnes
Alituū pecudumq; genus sopor altus habebat
Cum pater in ripa gelidiq; sub etheris arce
Eneas tristi turbatus pectore bello
Procubuit: seramq; dedit per membra quietem
Huic deus ipse loci fluuio tyberinus ameno
Populeas inter senior se attollere frondes
Uisus: eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus: et crines vmbrosa tenebat harundo.
Tunc sic affari: et curas his demere dictis:
O sate gente deum troianam ex hostibus vrbem
Qui reuehis nobis: eternaq; pergama seruas
Expectate solo laurenti: aruisq; latinis:
Hic tibi certa domus: certi (ne absiste) penates:
Neu belli terrere minis: tumor omnis et ire
Concessere deum:
Iamq; tibi ne vana putes hec fingere somnum:
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fetus enixa iacebit

Liber Octauus.

Alba solo recubans: albi circum ubera nati:
Hic locus urbis erit: requies ea certa laborum
Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis albam:
Haud incerta cano: nunc qua ratione quod instat
Expedias victor paucis: aduerte docebo
Arcbades bis oris genus a pallante profectum
Qui regem euandrum comites qui signa secuti
Delegere locum: et posuere in montibus urbem
Pallantis proaui de nomine palanteum
Hi bellum assidue ducunt cum gente latina
Hos castris adibe socios: et federa iunge.
Ipse ego te ripis: et recto flumine ducam.
Aduersum remis superes subuectus ut amnem:
Surge age nate dea: primisq; cadentibus astris
Junoni fer rite preces: irascq; minasq;
Supplicibus supera votis: mihi victor honorem
Persolues: ego sum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas: et pinguia culta secantem
Ceruleus tybris: celo gratissimus amnis
Hic mihi magna domus: celsis caput urbibus exit
Dixit deinde lacu fluuios se condidit alto

Ima petens: nox eneam: somnusq; reliquit
Surgit: et etherei spectans orientia solis
Lumina: rite cauis vndam de flumine palmis
Sustulit: ac tales effudit ad ethera voces.
Nymphe laurētes nymphe genus amnibus vñ est
Tuq; o tibri tu o genitor flumine sancto
Accipite eneam: et tandem arcete periclis
Quo te cumq; lacus miserantē incōmoda nostra
Fonte tenet quocumq; solo pulcherrimus exis:
Semp honore meo: semper celebrabere donis
Corniger hesperidum fluuius regnator aquarū
Adsis tandem: et ꝓpius tua numina firmes.
Sic memorat: geminasq; legit de classe biremes
Remigioq; aptat socios: simul instruit armis.
Ecce aūt subitū: atq; oculis mirabile monstrum.
Candida per siluam cum fetu cōcolor albo
Procubuit: viridiq; in littore conspicitur sus
Quā pius eneas: tibi eam tibi maxima iuno
Mactat: sacra ferens: et cū grege sistit ad aram.
Tybris ea fluuium q̄ longa est nocte tumentem
Lenijt: et tacita refluens ita substitit vnda
Mitis vt in morem stagni: placideq; paludis

Liber Octauus.

Sterneret equor aquis: remo vt luctamē abesset.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.
Labitur vncta vadis abies: mirantur et vnde.
Miratur nemus insuetum fulgentia longe
Scuta virum: fluuio pictasq; innare carinas.
Olli remigio: noctemq; diemq; fatigant:
Et longos superant flexus: variisq; teguntur
Arboribus: viridiq; secāt placido equore siluas.
Sol medium celi cōscenderat igneus orbem:
Cum muros: arcemq; procul: et rara domorum
Tecta vident: que nunc romana potentia celo
Equauit: tum res inopes euander habebat
Ocius aduertunt proras vbiq; pinquant.
Forte die solennem illo rex arcas honorem
Amphitrioniade magno diuiq; ferebat
Ante vrbem in loco: pallas huic filius vna
Una omnes iuuenum primi: pauperq; senatus
Tura dabant: tepiduq; cruor fumabat ad aras:
Vt celsas videre rates: atq; inter opacum
Allabi nemus: et tacitis incumbere remis:
Terrentur visu subito: cunctiq; relictis
Consurgūt mensis: audax quos rumpere pallas

Sacra vetat: raptoq; volat telo obuius ipse
Et procul e tumulo iuuenes: quae causa subegit
Ignotas tentare vias: quo tenditis inquit:
Qui genus vñ domo: pacẽne huc fertis in arma:
Tum pater eneas puppi sic fatur ab alta:
Pacifereq; manu ramum pretendit oliue:
Troiugenas: ac tela vides inimica latinis:
Quos illi bello profugos egere superbo:
Euandrum petimus: ferte hec: et dicite lectos
Dardanie veniſſe viros ſocia arma rogantes:
Obſtupuit tanto percuſſus nomine palas:
Egredere o quicũq; es ait: coramq; parentem
Alloquere: ac noſtris ſuccede penatibus hoſpes:
Excepitq; manu: dextramq; amplexus inhesit:
Progreſſi ſubeunt luco: fluuiumq; relinquunt:
Tum regem eneas dictis affatur amicis:
Optime graiugenum: cui me fortuna precari
Et vitta comptos voluit pretendere ramos:
Non equidẽ extimui danaum: q; ductor: et arcas
Quodq; a ſtirpe fores geminis cõiunctus atridis:
Sed mea me virtus: et ſancta oracula diuum
Cognatiq; patres: tua terris dedita fama

Liber Octauus.

Coniunxere tibi: et fatis egere volentem:
Dardanus iliace primus pater vrbis et auctor
Electra (vt graij perhibent) atlantide cretus
Aduehitur teucros: electram maximus atlas
Edidit ethereos humero qui sustinet orbes.
Vobis mercurius pater est: quem candida maia
Cillenee gelido conceptum in vertice fudit.
At maiam (auditis si quicquã credimus) atlas
Idem atlas generat celi qui sydera tollit
Sic genus amborũ scindit se sanguine ab vno.
His fretus: non legatos: neq; prima per artem
Tentamenta tui pepigi: meme ipse: meumq;
Obieci caput: et supplex ad limina veni:
Eadem: que te crudeli daunia bello
Insequitur nos: si pellant nihil abforte credunt
Quin oẽm hesperiã penitus sua sub iuga mittãt.
Et mare quod supra teneant: quodq; alluit infra
Accipe: daq; fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora: sunt animi: et rebus spectata iuuentus.
Dixerat eneas: ille os oculosq; loquentis
Iamdudum: et totum lustrabat lumine corpus;
Tum sic pauca refert: vt te fortissime teucrum

Accipio: agnoscoq; libens: vt verba parentis
Et vocem anchisę magni: vultumq; recordor:
Nam memini: bellone visentem regna sororis
Laomedontia priamum: salamina patrem
Protinus arcadię gelidos inuisere fines.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta:
Mirabarq; duces: teucros: mirabar et ipsum
Laomedontiaden sed cunctis altior ibat
Anchises: mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum: et dextre cõiungere dextram:
Accessit et cupidus phenei sub menia duxi:
Ille mihi insignem pharetram: liciasq; sagittas
Discedẽs: chlamidemq; auroq; dedit intertextam:
Frenaq; bina: meus que nunc habet aurea pallas
Ergo et quã petitis: iuncta est mihi federe dextra
Et lux cum primum terris se crastina reddet
Auxilio letos dimittam: opibusq; iuuabo.
Interea sacra hec: quãdo (huc venistis amici
Annua: que differre nephas) celebrate fauentes
Nobiscum: et iam nunc socios assuescite mensis.
Hec vbi dicta dapes iubet et sublata reponi.
Pocula grãmineoq; viros locat ipse sedili

Liber Octauus.

Precipuumq; torore et villosi pelle leonis
Accipit eneam. solioq; inuitat acerno.
Tum leti iuuenes certatim: areq; sacerdos
Uiscera tosta ferunt: tauroq; onerantq; canistris
Dona laborate cereris. bacchumq; ministrant.
Uescitur eneas simul: et troiana iuuentus
Perpetui tergo bonis: et lustralibus extis
Postq; exempta fames: et amor cōpressus edendi
Rex euandrus ait: non hec solennia nobis
Has ex more dapes: hanc tanti numinis aram
Uana superstitio veterum ve ignara deorum
Imposuit: seuis hospes troiane periculis
Seruati facinus: meritosq; nouamus honores
Jam primum saxis suspensam hanc aspice rupem
Disiecte procul: vt moles: desertaq; montis
Stat domus. et scopuli ingentē traxere ruinam.
Hic spelunca fuit: vastoq; summota recessu
Semi hominis caci facies quam dira tenebat
Solis inaccessam radijs: semperq; recenti
Cede tepebat humus: foribusq; affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro vulcanus erat pater illius atros

Ore vomens ignes: magna se mole ferebat.
Attulit et nobis aliquãdo optantibus eras
Auxilium: aduentũq; dei: nam maximus vltor
Tergemini nece gerionis: spolijsq; superbus
Alcides: aderat tauroscq; hac victor agebat
Ingentes: vallemq; boues armentaq; tenebant.
At furijs caci mens effera ne quid in ausum.
Aut intentatum scelerisue: doliue fuisset
Quatuor a stabulis prestanti corpore tauros
Auertit totidem forma superante iuuencas
Atq; hos ne qua foret pedibus vestigia rectis
Cauda in speluncam tractos versisq; viarum
Indicijs: raptos saxo occultabat opaco:
Querentem nulla ad speluncam signa ferebant
Interea cum iam stabulis saturata moueret
Amphitrioniades armenta babitumq; pararet
Discessu mugire boues atq; omne querelis
Impleri nemus et colles clamore relinqui:
Reddidit vna boum vocem vastoq; sub antro
Mugijt et caci spem custodita fefellit.
Hic vero alcide furijs exarserat atro
Felle polo: rapit arma manu: nodisq; gravatum

Liber Octauus.

Robur: et aerei cursu petit ardua montis
Tum primum nostri cacum videre timentem
Turbatumq; oculis: fugit ilicet ocior euro
Speluncaq; petit pedibus timor addidit alas
Ut sese inclusit: ruptisq; immane catenis
Deiecit saxum ferro: quod et arte paterna
Pendebat: fultosq; emunijt obice postes
Ecce furens animis aderat tyrrinthius omnem
Accessum lustrans: huc ora ferebat: et illuc
Dentibus infrendens: ter totũ feruidus ira
Lustrat auentini montem ter saxea tentat
Limina ne quicquã: ter fessus valle resedit
Stabat acuta silex precisis undiq; saxis
Speluncę dorso insurgens altissima visu
Dirarum nidis domus opportuna volucrum
Hanc vt prona iugo leuũ incũbebat ad amnem
Dexter in aduersum nitens concussit: et imis
Auulsam soluit radicibus: inde repente
Impulit: impulsu quo maximus insonat ether:
Dissultant ripe effluitq; exteritus amnis
At specus: et caci detecta apparuit ingens
Regia: et umbrose penitus patuere cauerne

Non secus ac si qua penitus vi terra debiscens
Infernas reseret sedes: et regna recludat
Pallida dis inuisa: superq; immane barathrum
Cernatur: trepident immisso lumine manes.
Erga insperata deprensum in luce repente
Inclusumq; cauo saxo: atq; insueta rudentem
Desuper alcides telis premit omniaq; arma
Aduocat: et ramis: vastisq; molaribus instat.
Ille aũt neq; em̃ fuga iam sup vlla pericli est
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit: inuoluitq; domum caligine ceca
Prospectũ eripiens oculis: glomerat q; sub antro
Fumiferam noctem cõmixtis igne tenebris.
Non tulit alcides animis: fecq; ipse per ignem
Precipiti iecit saltu: qua plurimus vndam
Fumus agit: nebulaq; ingens specus estuat atra:
Hic cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit in nodum complexus: et angit inherens
Elisos oculos: et siccum sanguine guttur:
Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis
Abstractecq; boues: abiurateq; rapine
Celo ostenduntur: pedibusq; informe cadauer

Liber Octauus.

Protrabitur nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos: vultum: villosaq; setis
Pectora semiferi: atq; extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos: letiq; minores
Seruauere diem: primusq; poticius auctor
Et domus herculei custos pinaria sacri
Hanc aram luco statuit: eque maxima semper
Dicetur nobis: et erit que maxima semper:
Quare agite o iuuenes tantaq; in munere laudum:
Cingite frõde comas: et pocula porrigite dextris
Cõmunemq; vocate deum: et date vina volentes.
Dixerat herculea: bicolor cum populus umbra
Uelauitq; comas: foliisq; innexa pependit.
Et sacer impleuit dextram epibus: ocius omnes
In mensam leti libant: diuosq; precantur.
Deuexo interea ꝓior fit vesper olimpo:
Jamq; sacerdotes: primusq; poticius ibant
Pellibus in morem cincti: flammasq; gerebant.
Instaurant epulas: et mense grata secunde
Dona ferũt: cumulantq; oneratis lancibus aras.
Tum salij ad cantus: incensa altaria circum
Populeis adsunt cincti tempora ramis

Hic iuuenũ chorus: ille senũ: qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt: vt prima nouerce
Mõstra manu geminosq; premẽs eliserit angues
Vt bello egregias idem disiecerit vrbes
Troiamq; et thaliamq;: vt duros mille labores:
Rege sub euristheo: fatis iunonis inique
Pertulerit: tu nubigenas inuicte bimembres
Hileumq; pholumq; manu tu cressia mactas
Prodigia: et vastum nemee sub rupe leonem
Te stigij tremuere lacus: te ianitor orci
Ossa sup recubans antro semesa cruento.
Nec te vlle facies: non terruit ipse tipheus
Arduus arma tenens: nõ te rationis egentem
Lerneus turba capitum circũstitit anguis.
Salue vera iouis proles decus addite diuis
Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant sup omnia caci
Spelunca adiũciunt spirantemq; ignibus ipsum:
Consonat oẽ nemus strepitu: collesq; resultant
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt: ibat rex obsitus euo
Et comitem eneam iuxta natumq; tenebat

Liber Octauus.

Ingrediens varioq; viam sermone leuabat.
Miratur: facilesq; oculos fert omnia circum
Eneas: capiturq; locis: et singula letus
Exquiritq; : auditq; virum monimenta priorum
Tum rex euander romane cõditor arcis
Hec nemora indigne fauni nymphecq; tenebant
Gensq; truncis: et duro robore nata:
Quis neq; mos: neq; cultus erat: nec iungere tauros
Aut cõponere opes: norant: aut parcere parto
Sed rami atq; asper victu venatus alebat.
Primus ab etherео venit saturnus olympo
Arma iouis fugiens: et regnis exul ademptis.
Is genus indocile. ac dispersum montibus altis
Composuit: legesq; dedit: latiumq; vocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris
Aureaq; vt perhibent illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim ac decolor etas:
Et belli rabies: et amor successit habendi:
Tum manus ausonia: et gentes venere sicane
Sepius: et nomen posuit saturnia tellus:
Tum reges: asperq; immani corpore thybris:

Eneidos

A quo post itali fluuium cognomine tybrim
Dicimus: amisit verum vetus albula nomen.
De pulsum patria: pelagiq extrema sequētem
Fortuna omnipotens: et ineluctabile fatum
His posuere locis: matrisq egere tremenda
Carmētis nymphe monita: et deus auctor apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram
Et carmentalem romano nomine portam
Quā memorāt nymphe priscū carmentis honorē
Vatis fatidice cecinit: que prima futuros
Eneadas magnos: et nobile palanteum:
Hinc lucum ingentem: quē romulos acer asilum
Rettulit: et gelida monstrat sub rupe lupercal
Parrhasio dictum panos de more licei:
Necnon et sacri monstrat nemus argileti:
Testatur locum et letum docet hospitis argi:
Hinc ad tarpeiam sedem: et capitolia ducit
Aurea nunc olim siluestribus horrida dumis:
Jam tum relligio pauidos terrebat agrestes
Dira loci: iam tum siluam saxumq tremebant:
Hoc nemus: hunc inquit frondoso vertice collem
Quis deus incertū est, habitat deus arcades ipm

Liber Octauus.

Credunt se vidisse iouem: cum sepe nigrantem
Egida cõcuteret: dextra nymbosq; cieret:
Hec duo preterea dissectis oppida muris
Reliquias veterumq; vides monimenta virorũ
Hanc ianus pater: hanc saturnus cõdidit vrbem
Janiculum huic: illi fuerat saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis euandri: passimq; armenta videbant
Romanoq; foro: et lautis mugire carinis.
Ut ventum ad sedes: hec inquit limina victor
Alcides subijt: hec illum regia cepit.
Aude hospes cõtemnere opes: et te quoq; dignũ
Finge deo: rebusq; veni non asper egenis.
Dixit et angusti subter fastigia tecti
Ingentem eneam duxit: stratisq; locauit
Effultum folijs: et pelle libistidis vrse.
Nox ruit: et fusceis tellurem amplectitur alis
At venus haud aiorne quicquã exterrita mater
Laurentumq; minis: et duro mota tumultu
Vulcanũ alloquitur: thalamoq; hec cõiugis aureo
Incipit: et dictis diuinum aspirat amorem.
Dum bello argolici vastabant pergama reges

Debita: casuraſq; inimicis ignibus arces.
Non vllum auxilium miſeris: non arma rogauiſ
Artis opiſue tue: nec te chariſſime cõiunx
Jucaſſum ve tuos voluí exercere labores
Quãuis et priami deberem plurima natis:
Et durum cnec fleuiſſem ſepe laborem:
Nunc iouis imperijs rutilorum conſtitit oris
Ergo eadem ſupplex venio et ſanctũ mihi numen
Arma rogo: genitrix nato te filia neri
Te potuit lachrimis thythonia flectere cõiunx
Aſpice qui coeant populi: que menia clauſis
Ferrum acuant portis in me: excidiumq; meoꝝ.
Dixerat: et niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet: ille repente
Accepit ſolitam flammam notuſq; medullas
Intrauit calor: et labefacta per oſſa cucurrit.
Non ſecus atq; olim tonitru cum rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nymbos
Senſit leta dolis: et forme conſcia cõiunx.
Tum pater eterno fatur deuinctus amore:
Quid cauſas petis ex alto: fiducia ceſſit
Quo tibi diua mei ſimilis ſi cura fuiſſet:

Liber Octauus.

Tum quoq; fas nobis teucros armare fuisset
Nec pater omnipotēs troiam: nec fata vetabant
Stare: decemq; alios: priamū supereſſe p annos
Et nunc ſi bellare paras: atq; hec tibi mens eſt
Quicquid in arte mea poſſunt promittere cure:
Quod fieri ferro liquidoue poteſt electro
Quātum ignes animeq; valent: abſiſte precando
Uiribus indubitare tuis: ea verba locutus
Optatos dedit amplexus: placidumq; petiuit
Coniugis infuſus gremio p membra ſoporem
Inde vbi prima quies medio iam noctis abacto
Curriculo expulerat ſomnū: cum femina primum
Cui tolerare colo vitam tenuiq; minerua
Impoſitum cinerem: et ſopitos ſuſcitat ignes
Noctē addens operi: famulasq; ad lumina longo
Exercet penſo caſtum vt ſeruare cubile
Coniugis: et poſſit paruos educere natos:
Haud ſecus ignipotens: nec tempore ſegnior illo
Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit:
Inſula ſicanium iuxta latus: eoliamq;
Erigitur liparem fumantibus ardua ſaxis:
Quā ſubter ſpecus: et cyclopum exeſa caminis

Antra etnea tonant validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum: striduntq; cauernis
Stricture calibum: et fornacibus ignis anbelat
Vulcani domus: et vulcania noie tellus.
Hoc tunc ignipotens celo descendit ab alto:
Ferrum exercebant vasto ciclopes in antro
Brontesq; et steropes et nudus mẽbra piracmon
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat toto genitor que plurima celo
Deiecit in terras: pars imperfecta manebat
Tris imbris torti radios: tris nubis aquose
Addiderant: rutuli tris ignis: et alitis austri:
Fulgores nunc terrificos sonitumq; metumq;
Miscebat operi: flammisq; sequacibus iras:
Parte alia marti currũq; rotasq; volucres
Instabant: quibus ille viros: quibus excitat vrbes
Aegidaq; horrificam turbate palladis arma
Certatim squamis serpentum auroq; polibant
Connexosq; angues: ipsamq; in pectore diue
Gorgona desecto vertentem lumina collo.
Tollite cuncta inquit: ceptosq; aufrete labores
Armei ciclopes: et huc aduertite mentem:

Liber Octauus

Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus:
Nunc manibus rapidis: omni nũc arte magistra
Precipitate moras: nec plura effatus ait illi
Ocius incubuere omnes: pariterq; laborem
Sortiti: fluit es riuis: auriq; metallum
Vulnificusq; calibs vasta fornace liquescit
Ingentem clipeũ informãt vnũ omnia contra
Tela latinorũ: septenosq; orbibus orbes
Impediunt: alij ventosis follibus auras
Accipiunt: reddunt q; alij stridentia tingunt
Aera lacu: gemit impositis incudibus antrum:
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerũ: versant q; tenaci forcipe massam
Nec pater eolijs aperat dum lemnius oris:
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma
Et matutini volucrum sub culmine cantus
Consurgit senior: tunicaq; inducitur artus
Et tirrhena pedum circundat vincula plantis
Tum lateri atq; humeris tegeum subligat ensem
Demissa ab leua panthere terga retorquens.
Nec non et gemini custodes limine ab alto
Precedunt: gressumq; canes comitantur herilem:

Eneidos

Hospitis enee sedem et secreta petebat
Sermonū memor: et promissi muneris heros
Nec minus eneas se matutinus agebat
Filius huic pallas: olli comes ibat achates
Congressi iungunt dextras: mediisq; residunt
Edibus: et licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hec.
Maxime teucrorum ductor quo sospite nunc̄
Res equidem troie victas aut regna fatebor
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exigue vires: hinc tusco claudimur amni:
Hinc rutulus premit: et murum circūsonat armis
Sed tibi ego ingentes populos: opulētaq; regis
Jungere castra paro: quā fors inopina salutem
Ostentat: fatis huc te poscentibus affers:
Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
Urbis agilline sedes: vbi lidie quondam
Gens bello preclara iugis insedit betruscis
Hanc multos florentē annos rex deinde superbo
Imperio: et seuis tenuit mezentius armis:
Quid memorē infandas cedes: q̄d facta tyranni:
Efferat: dij capiti ipsius generiq; reseruent

Liber Octauus.

Mortua quinetiam iungebat corpora viuis:
Componens manibusq; manus:atq; oribus ora
Tormenti genus:et sanie taboq; fluentes
Complexu in misera longa sic morte necabat
At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circūsistunt:ipsumq; domumq;
Obtruncant socios:ignem ad fastigia iactant
Ille inter cedes rutilorum elapsus in agros
Confugere:et turni defendier hospitis armis:
Ergo omnis furijs surrexit hetruria iustis:
Regem ad suppliciū presenti marte reposcunt
His ego te enea ductorem millibus addam
Toto namq; fremunt cōdense littore pupes.
Signaq; ferre iubent:retinet longeuus aruspex:
Fata:canens: omenie delecta iuuentus
Flos veterū virtusq; virū:quos iustus in hostem
Fert dolor:et merita accendit mezentius ira:
Nulli fas italo tantam subiungere gentem.
Externos optate duces:tum hetrusca resedit
Hoc acies campo monitis exterrita diuum:
Ipse oratores ad me regniq; coronam
Cum sceptro misit:mandatq; insignia tarcon

Eneidos

Succedam castris: tyrrhenaq; regna capessam:
Sed mihi tarda gelu seclisq; effeta senectus
Inuidet imperium: seroq; ad fortia viros
Gnatum exhortarer: ni mixtus matre sabella
Hinc gtem patrie traheret tu cuius et annis
Et generi fata indulgent: quem numina poscunt
Ingredere o teucrum: atq; italū fortissime ductor
Hunc tibi preterea spes et solatia nostri
Palanta adiungam: sub te tolerare magistro
Militiā. et graue martis opus tua cernere facta
Asuescat primis: et te miretur ab annis.
Alcades huic equites bis centum robora pubis
Lecta dabo: totidemq; suo tibi nomine pallas.
Vix ea fatus erat: defixiq; ora tenebant
Eneas anchisiades et fidus achates:
Multaq; dura suo tristi cum corde putabant
Si signum celo citherea dedisset aperto:
Namq; improuiso vibratus ab ethere fulgor
Cum sonitu venit: et ruere omnia visa repente
Tyrrhenusq; tube mugire per ethera clangor
Suspiciūt: iterū atq; iterū fragor intonat ingens
Arma inter nubem celi in regione serena

Liber Octauus.

Per ſudum rutilare vident: et pulſa tonare:
Obſtupuere animis alij: ſed troius heros
Agnouit ſonitum: et diue promiſſa parentis.
Tum memorat: ne fo hoſpes ne quere profecto
Quē caſum portenta ferant: ego poſco: olympo
Hoc ſignum cecinit miſſuram diua creatrix
Si bellum ingrueret: vulcaniacq; arua per auras
Laturam auxilio:
Heu quāte miſeris cedes laurentibus inſtant
Quas penas mihi turne dabis q̄ multa ſub vndas
Scuta virum galeaſq; et fortia corpora volues
Tybri pater poſcant acies: et federa rumpant:
Hec vbi dicta dedit: ſolio ſe tollit ab alto
Et primum herculeis ſopitas ignibus aras
Suſcitat: heſternūq; larem: paruoſq; penates
Letus adit: mactant lectas de more bidentes
Euander pariter: pariter troiana iuuentus
Poſt hinc ad nauis: graditur ſocioſq; reuiſit
Quorum de numero: qui ſeſe in bella ſequantur
Preſtantes virtute legit pars cetera prona
Fertur aqua: ſegniſq; ſecundo defluit amni
Nuncia ventura aſcanio: rerumq; patriſq;

Dantur equi teucris tyrrbena petentibus arua:
Ducunt exortem nece:quem fulua leonis
Pellis obit totum prefulgens vnguibus aureis
Fama volat paruam subito vulgata per vrbem
Ocius ire equites tyrrbeni ad littora regis
Vota meto duplicãt matres:propiusq; pericli
Jt timor et maior martis iam apparet imago
Tum pater euandrus dextram cõplectus euntis
Heret inexpletum lachrimans:ac talia fatur
O mihi preteritos referat si iuppiter annos
Qualis eram:cum primã aciem preneste sub ipsa
Strauit:scutorumq; incendi victor aceruos
Et regem hac herilum dextra sub tartara misi:
Nascenti cui tris animas feronia mater
Horrendum dictu)dederat:terna arma mouenda
Ter leto sternendus erat:cui nunc tamen omnes
Abstulit hec animas dextra:et totidẽ exuit armis
Non ego nunc dulci amplexu deuellerer vsquã
Gnate tuo :neq; finitimo mezentius vnquam
Huic capiti insultans tot ferro seua dedisset
Funera:tam multis viduasset ciuibus vrbem
At vos o superi et diuum tu maxime rector

Liber Octauus.

Jupiter arcadij queso miserescite regis
Et patrias audite preces si numina vestra
Incolumen pallanta mihi si fata reseruant
Si visurus eum viuo:et venturus in vnum
Uitam oro :patiar quēuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum fortuna miraris
Nunc nunc o liceat crudelem abrumpere vitam
Dum cure ambigue dum spes incerta futuri
O
Dum te chare puer mea sola et sera voluptas
Complexu teneo:grauior ne nuncius aures
Uulneret:hec genitor digressu dicta supremo
Fundebat:famuli collapsum in tecta ferebant.
Jamq; adeo exierat portis equitatus apertis
Eneas inter primos et fidus achates:
Inde alij troie proceres:ipse agmine pallas
In medio chlamide et pictis cōspectus in armis.
Qualis vbi oceani perfusus lucifer vnda:
Quem venus ante alios astrorū diligit ignes.
Extulit os sacrum celo tenebrasq; resoluit.
Stāt pauide in muris matres:oculisq; sequūtur
Pulueream nubem: et fulgentes ere cateruas
Olli per dumos qua proxima meta viarum

Armati tendunt: it clamor: et agmine facto
Quadrupedante putrē sonitu quatit vngula campū
Est ingens gelidum lucus prope cerefis amnem:
Relligione patrum late sacer: vndiq colles
Jnclusere caui et nigra nemus abiete cingit:
Siluano fama est: veteres sacrasse pelasgos:
Armorq peccoriscq deo: lucumq diemq:
Qui primi fines aliquādo habuere latinos
Haud procul hinc tarco et tyrrheni tuta tenebant
Castra locis celosq omnis de colle videri
Jam poterat legio: et latis tendebat in aruis:
Huc pater eneas: et bello lecta iuuentus
Succedunt: fessiq et equos et corpora curant:
At venus ethereos inter dea candida nymbos.
Dona ferens aderat. Natumq in valle reducta:
Ut procul e gelido secretum flumine vidit
Talibus affata est dictis: seque obtulit vltro:
En perfecta mei promissa coniugis arte:
Munera: ne mox aut laurentes nate superbos
Aut acrem dubites in prelia poscere turnum.
Dixit: et amplexus nati cytherea petiuit:
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu:

Liber Octauus.

Ille dec donis: et tanto letus honore
Expleri nequit: atq; oculos per singula voluit
Miratur: interq; manus et brachia versat
Terribilem cristis galeam: flammasq; vomentem:
Fatiferumq; ensem: loricam ex ere rigentem
Sanguineam ingentem: qualis cum cerula nubes
Solis inardescit radijs longeq; refulget:
Tum leuis ocreas electro auroq; recocto
Hastamq;: et clipei non enarrabile textum:
Illic res italas romanorumq; triumphos
Haud vatum ignarus: venturiq; inscius eui
Fecerat ignipotens: illic genus omne future
Stirpis ab ascanio: pugnataq; in ordine bella:
Fecerat: et viridi fetam mauortis in antro
Procubuisse lupam geminosq; huic vbera circum
Ludere pedentes pueros et lambere matrem.
Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos: et corpora fingere lingua:
Hec peul hinc romā et raptas sine moze sabinas
Consessu cauee magnis circensibus actis
Addiderat: subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis: tatioq; seni curibusq; seueris.

Post ijdem inter se posito certamine reges
Armati iouis ante aram paterasq; tenentes
Stabant: et cesa iungebant federa porca.
Haud procul inde cite metu in diuersa quadrige
Distulerant: at tu dictis albane maneres.
Raptabatq; viri mendacis viscera tullus
Per siluas: et sparsi rorabant sanguine vepres:
Nec non tarquinu eiectum porsenna iubebat
Accipere: ingentiq; vrbem obsidione premebat:
Eneade in ferrum pro libertate ruebant:
Illum indignanti similem similemq; minanti
Aspiceres: pontem auderet quod vellere cocles:
Et fluuium vinclis innaret cloelia ruptis.
In summo custos tarpeie manlius arcis:
Stabat pro templo: et capitolia celsa tenebat:
Romuleoq; recens horrebat regia culmo:
Atq; hic auratis volitans argenteus anser
Portic̃ibus gallos in limine adesse canebat:
Galli per dumos aderant: arcemq; tenebant
Defensi tenebris: et dono noctis opace.
Aurea cesaries illis atq; aurea vestis:
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla

Liber Octauus.

Auro innectuntur: duo quisq; alpina cornscant
Bela manu scutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes salios: nudosq; lupercos
Lanigerosq; apices: et lapsa ancilia celo
Exuderant: caste ducebant sacra per vrbem:
Pilentis matres in mollibus: hinc procul addit
Tartareas etiam sedes alta bostia ditis:
Et scelerum penas: et te catilina minaci
Pendentem scopulo: furiarumq; ora trementem
Secretosq; pios: dis dantem iura catonem.
Hec inter tumidi late maris ibat imago
Aurea: sed fluctu spumabant cerula cano:
Et circum argento clari delphines in orbem
Equora vertebant caudis: estumq; secabant.
In medio classes eratas: actia bella
Cernere erat: totumq; instructo marte videres
Feruere leucatem: auroq; effulgere fluctus:
Hinc augustus agens italos in prelia cesar
Cum patribus: populoq; penatib⁹: et magnis dijs.
Stans celsa in puppi: geminas cui tempa flammas
Leta vomunt: patriumq; aperitur vertice sydus:
Parte alia ventis: et dijs agrippa secundis

Eneidos

Arduus agmen agens: cui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona:
Hinc ope barbarica: variisq; antonius armis
Victor ab aurore populis: et littore rubro
Egiptum: viresq; orientes: et vltima secum
Bactra vehit: sequiturq; nephas egiptia cōiunx
Una omnes ruere: ac totum spumare reductis
Conuulsum remis rostris stridentibus equor:
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cicladas: aut montes cōcurrere montibus altos
Tanta mole viri turritis puppibus instant
Stupea flamma manu: telisq; volatile ferrum
Spargitur: arua noua neptunia cede rubescunt:
Regina in medijs patrio vocat agmina sistro:
Nec dum etiam geminos a tergo respicit angues
Omnigenūq; deum monstra: et latrator anubis
Contra neptunum et venerem cōtraq; mineruam
Tela tenent: seuit medio in certamine mauors
Celatus ferro: tristesq; ex ethere dire
Et scissa gaudens vadit discordia palla:
Quam consanguineo sequitur bellona flagello:
Accius beccernens arcum intendebat apollo:

Liber octauus

De sup omnis eo terrore egiptus et indi:
Omnis arabs:omnes vertebant terga sabei.
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Uela dare:et latos iã iamq; immittere funes.
Illam inter cedes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens vndis et tapige ferri
Contra autem magno mereñtem corpe nilum
Pandentemq; sinus:et tota veste vocantem
Ceruleum in gremiũ:latebrosaq; fulmina victos
At cesar triplici inuectus romana triumpho
Menia: dijs italis votum immortale sacrabat.
Maxima tercentum totam delubra per vrbem
Leticia:ludisq; vie plausuq; fremebant
Omnibus in templis matrum chorus oibus aris
Ante aras terram cesi strauere iuuenci:
Ipse sedens niueo candentis limine phebi
Dona recognoscit populoq; aptataq; superbis
Postibus incedunt victe longo ordine gentes;
Quam varie linguis habitu tam vestis et armis
Hinc nomadũ genus et discinctos mulciber aphros
Hinc lelegas:caraseq;:sagittiferosq; gelonos

Finxerat enbrates ibat iam mollior vndis
Extremiq; hominũ morini heu: vsq; bicornis
Indomitiq; dace et pontem indignatus araxes.

Talia p clipeum vulcani dona parentis
Diratur rerumq; ignarus imagine gaudet
Attolens humero famamq; et fata nepotum

Descriptio Noni libri.

Onus bz pugnas nec adest dux ipse tumultu
Atq; ea diuersa penitus dum pte geruntur
Junonis monitu turnus festinat in hostem
Teucroz naues rutulis iaculantibus ignem
Nimphaz in speciem diuino numine verse
Euriali et nisi ceptis fuit exitus impar
Pugnatur. castra eneade vallumq; tuentur:
Audacem rutulum dat leto pulcher iulus
Fit via vi turnus bitiam et pandarum altũ
Deiicit: et totis victor dat funera castris
Jamq; fatigatus recipit se in castra suoz

Publij Virgilij Maro

Liber Nonus

Tꝫ ca diuersa penitus dum pte geruntur
Jrim de celo misit saturnia iuno
Audacē ad turnū. luco tūc forte parentis
Pilumni turnus sacrata valle sedebat:
Ad quem sic roseo thaumantias ore locuta est.
Turne: quod optanti diuum promittere nemo
Auderet: volvenda dies en attulit vltro
Eneas: vrbe et socijs et classe relicta
Sceptra palatiui: sedemꝫ petiuit euandri
Nec satis extremas coritbi penetrauit ad vrbes:
Lidos: umꝫ manum collectosꝫ armat agrestes
Quid dubitas: nūc tēpus equos nūc poscere currus
Rumpe moras omnes turbatacꝫ arrīpe castra
Dixit: et in celum paribus se sustulit alis
Jngentemꝫ fuga secuit sub nubibus arcum
Agnouit iuuenis duplicesꝫ ad sydera palmas
Sustulit: ac tali fugientem est voce secutus:
Jri decus celi quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras: vnde hec tam clara repente
Tempestas: video medium discindere celum
Palantesꝫ polo stellas: sequar omnia tanta
Quisquis in arma vocas: tū sic effatus ad vndam

Processit summoq; hausit de gurgite lymphas
Multa deos orans onerauitq; ethera votis
Jamq; omnis campis exercitus ibat apertis
Diues equum: diues pictai vestis et auri
Messapus primas acies: postrema coercent
Tyrrhide iuuenes: medio dux agmine turnus
Uertitur arma tenens: et toto vertice supra est
Qualis septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum ganges aut pingui flumine nilus
Cum refluit campis: et iam se condidit alueo:
Uidit subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt teucri: et tenebras insurgere campis
Primis ab aduersa conclamat mole cayeus:
Quis globus o ciues caligine voluitur atra
Ferte citi ferrum: date telas scandite muros:
Hostis adest: eya ingenti clamore per omnes
Condunt se teucri: portas et menia complent
Namq; ita discedens preceperat optimus armis
Eneas: si qua interea fortuna fuisset
Neu struere auderent acies: neu credere campo.
Castra modo et tutos seruarent aggere muros.
Ergo et si conferre manum pudor iraq; monstrat

Liber Nonus

Obiiciunt portas tamen et precepta faceſſunt:
Armatiq; cauis expectant turribus hoſtem.
Turnus vt anteuolans tardum preceſſerat agmen
Uiginti lectis equitum comitatus:et vbi
Improuiſus adeſt:maculis quẽ thracius albis
Portat equue:criſtaq; tegit galea aurea rubra
Equis erit mecum o iuuenes qui primus in boſtẽ
En ait:et iaculum attorquens emittit in auras
Principiũ pugne:et campo ſeſe arduus infert
Clamorem excipiunt ſocij:fremituq; ſequuntur
Horriſono:teucrum mirantur inertia corda
Non equo ſe dare campo non obuia ferre
Arma viros.ſz caſtra fouere huc turbidus atq; huc
Luſtrat equo muros aditumq; per auia querit
Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili
Cũ fremit ad caulas ventos perpeſſus et imbres
Nocte ſuper media:tuti ſub matribus agni
Balatum exercent ille aſper et improbus ira
Seuit in abſentes:collecta fatigat edendi
Ex longo rabies:et ſicce ſanguine fauces:
Haud aliter rutilo murus et caſtra tuenti
Ignescunt ire:et duris dolor oſſibus ardet

Eneidos

Qua tentet ratione aditus: et qua via clausos
Excutiat teucros vallo: atq; effundat in equor
Classem: que lateri castroq; adiuncta latebat
Aggeribus septam circum: et fluuialibus vndis
Inuadit: socioscq; incendia poscit ouantes
Atq; manu pinu fragranti feruidus implet:
Tum vero incumbunt: vrget presentia turni:
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris
Diripuere focos piceum fert fumida lumen
Thebe: et comitem vulcanus ad astra fauillam.
Quis deus o muse tam seua incendia teucris
Auertit: tantos ratibus quis depulit ignes:
Dicite prisca fides facto: sed fama perennis
Tempore quo primu phrigia formabat in ida
Eneas classem: et pelagi petere alta parabat
Ipsa deum fertur genitrix berecintia magnum
Vocibus his affata iouem: da nate petenti.
Quod tua chara pares domito te poscit olympo
Pinea silua mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summa quo sacra ferebant
Nigranti picea trabibusq; obscurus aceruis.
Has ego dardanco iuueni cum classis egeret:

Liber Nonus.

Leta dedit: nunc sollicitam timor anxius vrget:
Solue metus atq; hoc pcibus sine posse parentem
Neu cursu quassate vlio: neu turbine venti
Uincantur: prosit nostris in montibus ortas
Filius huic cõtra torquet qui sidera mundi
O genitrix quo fata vocas: aut quid petis istis
Mortali ne manu facte: immortale carine
Fas babeant: certusq; incerta pericula lustret
Eneas: cui tanta deo permissa potestas.
Immo vbi defuncte finem portusq; tenebunt
Ausonius olim: quecũq; euaserit vndis:
Dardaniumq; ducem laurentia vexerit arua
Mortalem eripiam formam: magnisq; iubebo
Eqnoris esse deas: qualis nereia clotho
Et galatea secant spumantem pectore pontum:
Dixerat: idq; ratum stigij p flamina fratris
Perpice torrentes atraq; voragine ripas
Annuit: et totum nutu tremefecit olimpum:
Ergo aderat promissa dies: et tempora parce
Debita complerant: cum turni iniuria matrem
Admonuit ratibus sacris depellere thedas
Hic primum noua lux oculis effulsit: et ingens

Ulsus ab aurora celum transcurrere nymbus
Jdeiq; chorus tum vox horrenda per auras
Excidit: et troum rutulorumq; agmina complet:
Ne trepidate meas teucri defendere naues
Neue armate manus maria ante exurere turno
Quam sacras dabitur pinus: vos ite solute
Jte dee pelagi genitrix iubet: et sua queq;
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis:
Delphinumq; modo demersis equora rostris
Jma petunt: hinc virgineę (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies pontoq; feruntur:
Quot prius erate steterant ad littora prore
Obstupuere animis rutuli: conterritus ipse
Turbatis mesapus equis cunctatur: et amnis
Rauca sonans: reuocatq; pedē tyberinus ab alto:
At non audaci turno fiducia cessit:
Ultro animos tollit dictis: atq; increpat ultro
Troianos: hec monstra petunt: bis iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit: non tela neq; ignes
Expectant rutulos: ergo maria inuia teucris:
Nec spes vlla fuge: rerum ps altera adempta est:
Terra aūt in nostris manibus: tot millia gentis

Liber Nonus.

Arma ferunt itale: nil me fatalia terrent
Si qua phriges pre se iactant responsa deoꝝ
Sat fatis venericꝫ datum est tetigere quod arua
Fertilis ausonie troes: sunt et mea contra
Fata mihi ferro sceleratam excindere gentem
Coniuge pretecta: nec solos tangit atridas
Iste dolor: solisꝫ licet capere arma micenis
Si perisse semel satis est peccare fuisset
Ante satis: penitus mõ nõ genus omne perosos
Femineum: quibus hec medij fiducia valli
Fossarumꝫ more leti discrimine paruo
Dant animos an nõ viderunt menia troie
Neptuni fabricata manu considere in ignes
Sed vos o lecti ferro quis scindere vallum
Apparat: et mecum inuadit trepidantia castra
Non armis mihi vulcani non mille carinis
Est opus in teucros addant se ptinus omnes
Hetrusci socios: tenebras et inercia furta
Palladij: cesis summe custodibus arcis
Ne timeant: nec equi ceca condemur in aluo
Luce palam certum est igni circũdare muros
Haud sibi cum danais rem facto et pube pelasga

Esse putent: decimū quos distulit hector in annū
Nec adeo melior quoniam pars acta diei est
Quod supest lecti bene gestis corpora rebus
Procurate viri: et pugnam sperate parati.
Interea vigilum excubijs obsidere portas
Cura datur mesapo: et menia cingere flammis.
Bis septem rutuli: muros qui milite seruent
Delecti: ast illos centeni quemq; sequuntur
Purpurei cristis iuuenes auroq; corusci
Discurrunt: variantq; vices fusiq; per herbam
Indulgent vino et vertunt crateras abenos
Collucent ignes noctem custodia ducit
Insomnem ludo
Hec super e vallo pspectant troes: et armis
Alta tenent: necnon trepiti formidine portas
Explorant: pontesq; et pugnacula iungunt.
Tela gerunt: instant mnestheus acerq; serestus
Quos pater eneas si quando aduersa vocarent
Rectores iuuenum et rerum. dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periculum
Excubat: exercetq; vices: quod cuiq; tuendū est.
Nisus erat porte custos acerrimus armis

Hirtacides: comitem enee quem miserat ida
Uenatrix: iaculo celerem leuibusq; sagittis
Et iuxta comes eurialus: quo pulchrior alter
Non fuit eneadum: troiana neq; induit arma
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor vnus erat: pariterq; in bella ruebant
Tum quoq; cõmuni portam statione tenebant
Nisus ait: dij ne hunc ardorẽ mentibus addunt
Euriale. an sua cuiq; deus fit dira cupido.
Aut pugnã aut aliquid iamdudũ inuadere magnũ
Mens agitat mihi: nec placida cõtenta quiete est
Cernis que rutulos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micant: somno vinoq; sepulti
Procubuere: silent late loca: percipe porro
Quid dubitem: et que nunc animo sententia surgat:
Eneam acciri omnes populusq; patresq;
Exposcunt: mittiq; viros qui certa reportent.
Sed tibi que posco promittunt (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo video reperire sub illo
Posse viam et muros ad menia pallantea
Obstupuit magno laudum perculsus amore
Eurialus: simul his ardentem affatur amicum

De ne igitur socium summis adiungere rebus
Nise fugis: solum te in tanta pericula mittam.
Non ita me genitor bellis assuetus opbeltes
Argolicum terrorem inter troicq; labores
Sublatum erudijt: nec tecum talia gessi
Magnanimum enean: et fata extrema secutus
Est hic est animus lucis cõtemptor: et istum
Qui vita bene credat emi quo tendis honorem.
Nisus ad bec: equidem de te nil tale verebar
Nec fas: nõ ita me referat tibi magnus ouantem
Juppiter: aut quicũq; oculis bec aspicit equis
Sed si quis que multa vides discrimine tali
Siquis in aduersum rapiat casusue deusue
Te superesse velim: tua vita dignior etas
Sit qui me raptum pugna precioq; redemptum
Mandet humo: solita aut siqua fortuna vetabit
Absenti ferat inferias decoretq; sepulchro
Neu matri misere tanti sim causa doloris:
Que te sola puer multis e matribus ausa
Prosequitur: magni nec menia curat aceste.
Ille autem: causas ne quicquã nectis inanes
Nec mea iam mutata loco sententia cedit

Accelleremus ait: vigiles simul excitat: illi
Succedunt: seruantq; vires statione relicta
Ipse comes niso graditur: regemq; requirunt
Cetera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas: et corda oblita laborum.
Ductores teucrum primi et delecta iuuentus
Consilium summis regni de rebus habebant:
Quid facerent: quisue ence iam nuncius esset:
Stant longis adniti hastis et scuta tenentes:
Castroq; et campi in medio: tunc nisus et vna
Eurialus confestim alacres admittier orant.
Rem magnã: preciumq; more fore primus iulus
Accepit trepidos: ac nisum dicere iussit.
Tunc sic birtacides audite o mentibus equis
Eneade ne ve hec nostris spectentur ab annis
Que ferimus: rutuli somno vinoq; sepulti
Procubuere: locum insidijs cõspeximus ipsi.
Qui patet in biuio porte: que proxima ponto
Interrupti igues: ateq; ad sidera fumus
Erigitur. si fortuna permittitis vti
Quesitum eueant: et menia palantea.
Hoc hic cum spolijs ingenti cede peracta

Affore cernetis: nec nos via fallit euntes
Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem
Venatu assiduo et totum cognouimus amnem.
Vic annis grauis: atq; animo maturus aletbes
Dij patrij: quorum sub nomine troia ast
Non tamen omnino teucros delere paratis.
Cum tales animos iuuenum et tam certa tulistis
Pectora: sic memoras humeros dextrasq; tenebat
Amborum: et vultum lachrimis atq; ora rigabat
Que vobis: que digna viri pro laudibus istis
Premia posse rear solui pulcherrima: primum
Dij moresq; dabunt vestri tum cetera reddet:
Accutum pius eneas: atq; integer eui.
Ascanius meriti tanti non immemor vnquam
Immo ego vos cui sola salus genitore reducto
Excipit ascanius per magnos nise penates.
Assaraciq; larem: et cane penetralia veste
Obtestor quecunq; mihi fortuna: fidesq; est:
In vestris pono gremijs: reuocate parentem:
Reddite conspectum nihil illo triste recepto
Bina dabo argento perfecta atq; aspera signis
Pocula: deuicta genitor que cepit arisba

Et tripodas geminos: auri duo magna talenta.
Cratera antiquum quem dat sidonia dido.
Si vero capere italiam: sceptrisq; potiri
Contigerit victori: et prede concere sortem:
Uidisti quo turnus equo: quibus ibat in armis
Aureus: ipsum illum clipeum: cristasq; rubentes
Excipiam sortiziam nunc tua premia nise
Pretereabis sex genitor: letissima matrum
Corpora captiuosq; dabit suasq; omnibus arma
Insuper id campi quos rex habet ipse latinus.
Te vero mea quem spacijs propioribus etas
Insequitur venerande puer iam pectore toto
Accipio: at comitem casus complector in omnes
Nulla meis sine te queretur gloria rebus
Seu pacem: seu bella geram tibi maxima rerū
Uerborumq; fides: contra quem talia fatur
Eurialus: me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit: tantum fortuna secunda:
Aut aduersa cadat: sed te super omnia dona
Unum oro: genitrix priami de gente vetusta
Est mihi quam miseram tenuit non ilia tellus
Decum excedentem non menia regis aceste:

Hanc ego nunc ignarā huius quodcūq; pericli est
Inq; salutatam linquo nox et tua testis
Dextera: qđ nequeam lachrimas pferre parentis
At tu oro solare inopem: et succurre relicte
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omnes: perculsa mente dederunt
Dardanide lachrimas ante omnes pulcher iulus
Atq; animum patrie strinxit pietatis ymago
Tunc sic effatur.
Spondeo digna tuis ingentibus omnia ceptis
Hamq; erit ista mihi genitrix nomenq; creuse
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet casus factum quicūq; sequetur
Per caput hoc iuro: per quod pater ante solebat
Que tibi polliceor reduci rebusq; secundis.
Hec eadem matriq; tue generiq; manebunt
Sic ait illachrimans humero simul exuit ensem
Auratum: mira quem fecerat arte licaon
Gnosius: atq; habilem vagina aptarat eburna
Dat niso mnestheus pellem: horrentisq; leonis
Exuuias: galeam fidus permutat elethes
Protinus armati incedunt: quos omnis euntes

Liber Nonus.

Primoq; manus ad portas iuuenumq; senumq;
Prosequitur votis:necnon et pulcher iulus
Ante oēs animumq; gerens:curamq; virilem
Multa patri mandata dabat portanda:sed aure
Omnia discerpunt:et nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas:noctisq; per vmbram
Castra inimica petunt:multis tamen ante futuri
Exitio:passim somno vinoq; per herbam
Corpora fusa vident arrectas littore currus
Inter loca rotasq; viros simul arma iacere
Una simul:prior hirtacides sic ore locutus
Euriale audendum dextra:nunc ipsa vocat res
Hac iter est:tu nequa manus se attollere nobis
A tergo possit custodi:et consule longe
Hec ego vasta dabo:et lato te limite ducam
Sic memorat:vocēq; premit.simul ense superbum.
Rhamnetem aggreditur qui forte tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore somnum
Rex idem:et regi turno gratissimus augur.
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes
Armigerumq; premit rhemi:aurigamq; sub ipsis

Nactus equis:ferroq; secat pendentia colla
Tum caput ipsi aufert dño: truncũq; relinquit
Sanguine singultantem atro: tepefacta cruore
Terra totiq; madent: necnon lamirumq; lamũq;
Et iuuenem ferramũ: illa qui plurima nocte
Luserat: insignis facie: multoq; iacebat
Membra deo victus: felix si protinus illum
Equasset nocti ludum in lucemq; tulisset.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans.
Suadet em̃ vesana fames: manditq;:trahitq;
Molle pecus mutũq; metu fremit ore cruento
Nec minor: euriali cedes incensus et ipse
Perfurit: ac mutam in medio sine noie plebem
Fadumq; et bebesumq; subit rhetumq; abarimq;
Ignarus: rhetum vigilantem et cuncta videntem:
Sed magnum metuens se post cratera tegebat.
Pectore in aduerso totum qui cominus ensem
Condidit assurgenti:et multa morte recepit.
Purpuream vomit ille aiam:et cũ sanguine mixta
Ulina refer moriens: hic furto feruidus instet
Jamq; ad mesapi socios tendebat: vbi ignem
Deuicere extremum: et religatos rite videbat

Liber Nonus.

Carpere gramen equos: breuiter cũ talia nisus
Sensit eñ nimia cedere: atq; cupidine ferri
Absistamus ait: nam lux inimica ꝓpinquat
Pœnaq; exhaustum satis est: via facta per hostes.
Multa virum solido argento ꝓfecta relinquunt:
Armaq; craterasq;: simul pulchros q; tapetas
Eurialus phaleras rhannetis et aurea bullis
Cingula: tyburti remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona hospitio cum iungeret absens
Lædicus ille suo moriens dat habere nepoti
Post mortem rutuli bello pugnaq; potiti.
Hæc rapit: atq; humeris ne quicq; fortibus aptat
Tum galeam mesapi habilem cristisq; decoram:
Induit: excedunt castris: et tuta capessunt.
Interea præmissi equites ex vrbe latina
Cetera dum legio campis instructa moratur
Ibant: et turno regi responsa ferebant
Trecentum scutati omnes volscente magistro
Jamq; ꝓpinquabant castris: muroq; subibant
Cũ procul hos leuo flectentes limite cernunt.
Et galea eurialum sublustri noctis in vmbra
Prodidit immemorem: radijsq; aduersa refulsit.

Haud temere est vīsum cōclamat ab agmine volscens
State viri: quę causa vię est: quiue estis in armis:
Quoue tenetis iter: nihil illi tendere contra.
Sed celerare fugam in siluas: et fidere nocti.
Obiiciunt equites sese ad diuortia nota
Hinc atq; hinc omnemq; aditū custode coronant.
Silua fuit late dumis: atq; ilice nigra
Horrida: quam densi complerant vndiq; sentes.
Rara per occultos ducebat semita calles
Eurialum tenebre ramorum: onerosaq; preda
Impediunt: fallitq; timor regione viarum.
Nisus abit: iamq; imprudens inuaserat hostes:
Atq; locos: qui post albe de nomine dicti
Albani: tum rex stabula alta latinus habebat.
Ut stetit: et frustra absentem respexit amicum:
Euriale infelix qua te regione reliqui:
Quaue sequar: rursus pplexum iter oē reuoluens
Fallacis siluę simul et vestigia retro
Obseruata legit: dumisq; silentibus errat.
Audit equos: audit strepitus: et signa sequentum
Nec longū in medio tempus: cū clamor ad aures.
Peruenit: ac videt eurialū: quē iam manus omnis

Liber Nonus.

Fraude loci et noctis subito turbante tumultu
O pressum rapit: et conantem plurima frustra
Quid faciat qua vi iuuenem quibus audeat armis
Eripere: an sese medios moriturus in hostes
Inferat: et pulchram peret per vulnera mortem
Ocius adducto torquens bastile lacerto
Suspiciens altam lunam: sic voce precatur
Tu dea tu presens nostro succurre labori
Astrorum decus: et nemorum latonia custos
Si qua tuus vnquã pro me pater hirtacus aris
Dona tulit: si qua ipse meis venatibus auxi
Suspendi ve tholoz aut sacra ad fastigia fixi
Hunc sine me turbare globũ: et rege tela p auras
Dixerat: et toto cõnixus corpore ferrum
Conjicit: hasta volãs noctis diuerberat vmbras:
Et venit aduersi in tergum sulmonis: ibiq;
Frangitur: ac fixo transit precordia ligno:
Uoluitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus: et longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circũspiciunt: hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum vibrabat ab aure:

Bolio est quasi breue scriptum in quo habet rememorant.

Eneidos

Dum trepidant: it hasta tago p tempus vtrumq;
Stridens: trasectoq; hesit tepefacta cerebro.
Seuit atrox volscens: nec teli conspicit vsquam
Autorem: nec quo ardens se immittere possit
Tu tamen interea calido mihi sanguine penas
Persolues amborum: inquit simul ense recluso
Ibat in eurialum: tum vero exterritus amens
Conclamat nisus nec se celare tenebris
Amplius: haud tantum potuit pferre dolorem:
Me me adsum: qui feci: in me conuertite ferrum
O rutuli: mea fraus omnis: nihil iste nec ausus
Nec potuit: celum hoc: et conscia sydera testor
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus
Trans adigit costas: et candida pectora rupit
Uoluitur eurialus leto pulchroq; per artus
It cruor: inq; humeros cerui: collapsa recubit
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens: lapsoue papauera collo
Demisere caput pluuia cum forte grauantur.
At nisus ruit in medios: solum per omnes
Uolscentem petit: in solo volscente moratur:

Quę circũ glomerati hostes hinc cominus atq; hinc
Proturbant: instat non segnius ac rotat ensem
Fulmineum: donec rutuli clamantis in ore
Condidit aduersoz et moriens animã abstulit hosti
Tum super exanimẽ sese proiecit amicum
Confossus placidaq; ibi demum morte quieuit:
Fortunati ambo: si quid mea carmina possunt
Nulla dies vnquam memori vos eximet euo
Dum domus enee capitolij immobile saxum
Accolet: imperiumq; pater romanus habebit.
Victores preda rutuli spolijsq; potiti
Volscentem exanimẽ flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus rhamnete reperto
Exanguiz et primis vna tot cede peremptis
Serranoq; numaq; ingens cõcursus ad ipsa
Corpora: semineceszq; viros: tepidaq; recentem
Cede locũ: et plenos spumanti sanguine riuos
Agnnscunt spolia inter se: galeamq; nitentem
Desapiz et multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras.
Tythoni croceum linquens aurora cubile.
Jam sole infuso: iam rebus luce retectis

Hora de arte poe.

Poeta optimus finem implet qui debet misereri bonoz et laudare eos et malos dissa aq; infamare

Hec ad finem amicitie exemplum fuit dicere quod poeta ambos fortunatos appellat nullam pictura eos inter mortales fuerit amicitia

Rutulino solum ceciderunt nisum et eius sub armis sed etiam preda que rutulis erat derepta.

Hypallage: Hippallage: subnumerario et est figura in qua ea pars dicitur fuisse intelligenda

Perissologia: a numero qua poeta omnia solet describit

Turnus in arma viros: armis circundatus ipse
Suscitat: erataq; acies in prelia cogit
Quisq; suas: varijsq; acuunt rumoribus iras
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in bastis
Prefigunt capita: et multo clamore sequuntur
Euriali et nisi.
En cade duri murorum in parte sinistra
Apposuere aciem: nam dextra cingitur amni
Ingentesq; tenent fossas: et turribus altis
Stant mesti: simul ora virum prefixa videbant:
Nota nimis miseris atroq; fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuncia fama ruit: matrisq; allabitur aures
Euriali: at subitus miscre calor ossa reliquit.
Excussi manibus radij revolutaq; pensa:
Euolat infelix: et femineo vlulatu
Scissa: comam muros amens atq; agmina cursu
Prima petit: non illa virum: non illa pericli:
Telloremq; memor: celū debinc questibus implet
Hunc ego te euriale aspicio: tu ne illa senecte
Sera mee requies potuisti linquere solam
Crudelis: nec te sub tanta pericula missum

Liber Nonus.

Affari extremum miſere data copia matri
Heu terra ignota canibus data preda latinis
Alitibuſq; iacens: nec te tua funera mater
Produxi. preſſiue oculos: aut vulnera laui
Veſte tegens tibi quam noctes: feſtina dieſq;
Vrgebam: et telas curas ſolabar aniles
Quo ſequar: aut q̄ nunc artus: auulſaq; membra
Et funus lacerum tellus habet: hoc mihi de te
Nate refers: que ſum terraq; mariq; ſecuta:
Figite me ſi qua eſt pietas: in me omnia tela
Conĩcite o rutuli: me primam abſumite ferro.
Aut tu magne pater diuum miſerere: tuoq;
Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo.
Quãdo aliter nequeo crudelẽ abrumpere vitam:
Hoc fletu concuſſu animi meſtuſq; per omnes,
It gemitus: torpent infracte ad prelia vires.
Illam intendentem luctus ideus et autor
Ilionei monitu: et multum lachrimantis iuli
Corripiunt: interq; manus ſub tecta reponunt.
At tuba terribilem ſonitum procul ere canoro
Increpuit: ſequitur clamor: celumq; remugit.
Accelerant acta pariter teſtudine volſci:

funus et funera differunt::
Maiores funeras dicebat eas ad
quas ipse et funus et mater ſolebat
Sed funus eſt ſolum paratorum

Et fossas implere parant: ac vellere vallum
Querunt: ps aditum: et scalis ascendere muros
Qua rara est acies: interlucetq; corona
Non tam spissa viris: telorum effundere cõtra
Omne genus teucri: ac duris detrudere contis
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infesto volvebant pondere: si qua
Possent tectam aciem perrumpere: tum tamen oẽs
Ferre libet subter densa testudine casus
Hec iã sufficiunt. nam qua globus imminet ingẽs
Immanem teucri molem: voluuntq; trabuntq;
Que strauit rutulos late: armorumq; resoluit
Tegmina: nec curant ceco contendere marte
Amplius audaces rutuli: sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus visu quassabat betruscam
Pinum: et fumiferos infert mezentius ignes.
At mesapus equum domitor: neptunia proles
Rescindit vallum: et scalas in menia poscit.
Vos o caliope precor aspirate canenti:
Quas ibi tum ferro strages: que funera turnus
Ediderit: quem quisq; virum dimiserit orco:

Et mecum ingentes ozas euoluite belli.
Et meministis eñ diue et memozare potestis.
Turris erat vasto suspectu: et pontibus altis
Oportuna loco: summis quã viribus omnes
Expugnare itali: sumimacꝫ euertere opum vi
Certabant: troes contra defendere saxis
Perque cauas densi tela intozquere fenestras.
Princeps ardentem coiecit lampada turnus:
Et flammam affixit lateri: atque plurima vento
Corripuit tabulas: et postibus hesit. adesis.
Turbati trepidare intus: frustracꝫ malozum
Uelle fugam. tum se glomerant: retrocꝫ resident
In partem: que peste caret: tum pondere turris
Procubuit subito: et celum tonat omne fragore
Semineces ad terram immani mole secuta
Confixicꝫ suis telis: et pectora duro
Transfixi ligno veniunt: vix vnus belenor
Et licus elapsi: quozum primeuus helenor
Meonio regi: quem serua licinia furtim
Sustulerat: vetitisꝫ ad troiam miserat armis
Ense leuis nudo: parmacꝫ inglozius alba.
Isꝫ vbi se turni media inter milia vidit

Hinc acies:atq; hinc acies astare latinas:
Comparatio Ut fera que densa' venantum septa corona
Contra tela furit:seseque haud nescia morti
Injicit:et saltu supra venabula fertur
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit:et que tela videt densissima tendit.
At pedibus longe melior licus inter et hostes
Inter et arma fuga muros tenet:altaq; certat
Prendere tecta manu:sociumq; attingere dextras
Quem turnus pariter cursu:teloq; secutus
Increpat his:victor nostras ne euadere demens
Speraste te posse manus:simul arripit ipsum
Pendentem:et magna muri cum pte reuellit:
Comparatio Qualis vbi aut leporē:aut candenti corpe ciguum
Sustulit alta petēs pedibus iouis armiger vncis
Quesitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus:vndiq; clamor
Tollitur:inuadunt:et fossas aggere complent:
Ardentes thedas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo:atq; ingenti fragmine montis
Lucetium porte subeuntem:igneq; ferentem
Emathiona liger:chorineum sternit asilas,

Liber Nonus

Hic iaculo bonus: hic longa fallente sagitta:
Ortigium ceneus: victorem cenea turnus
Turnus itin: cloniumq; dioxippum: promuliumq;.
Et sagarim: et summis stantem pro turribus idan
Priuernũ capis hunc primo leuis basta themille
Strinxerat: ille manũ proiecto tegmine demens
Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta
Et leuo infixa est lateri: manus abditaq; intus
Spiramenta anime letali vulnere rupit
Stabat in egregijs arcentis filius armis
Pictus acu chlamidem: et ferugine clarus hybera
Insignis facie: genitor quem miserat arcens
Eductum martis luco simethia circum
Flumina: pinguis vbi et placabilis ara palici.
Stridentem fundam positis mezentius armis
Ipse ter aducta circum caput egit habena:
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit: ac multa porrectum extendit harena
Tunc primum bello celerem intendisse sagittam
Dicitur: ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius: fortemq; manu fudisse numanum:
Cui remulus cognomen erat: turniq; minorem

Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atq; indigna relatu
Uociferans: tumidusq; nouo precordia regno
Ibat: et ingenti se se clamore ferebat.
Non pudet obsidione iterum: vallogq; teneri
Bis capti phryges: et morti pretendere muros.
En qui nostra sibi bello cõnubia poscunt.
Quis deus italiam: que vos dementia adegit:
Non hic atride nec fandi fictor vlixes
Durum a stirpe genus natos ad flumina primum
Deferimus: seuoq; gelu duramus et vndis.
Uenatu inuigilant pueri: siluasq; fatigant
Flectere ludus equos: et spicula tendere cornu.
At patiens operum: paruoq; assueta iuuentus
Aut rastris terrã domat: aut quatit oppida bello
Omne euum ferro territur: versaq; iuuencum
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat vires animi: mutatq; vigorem
Canitiem galea premimus: semperq; recentes
Conuectare iuuat predas: et viuere rapto
Uobis picta croco: et fulgenti murice vestis:
Desidie cordi: iuuat indulgere choreis.

Liber Nonus.

Et tunice manicas: et habent redimicula mitre
O vere phrigie: neq; em phriges ite per alta
Dindima: vbi assuetis biforem dat tibia cantum
Tympana vos: buxusq; vocat berecintia matris
Idee: sinite arma viris: et cedite ferro:
Talia iactantem dictis ac dira canentem
Non tulit ascanius: neruoq; obuersus equino
Contendit telum: diuersaq; brachia ducens
Constitit ante iouem suppler per vota precatus:
Iuppiter omnipotens audacibus annue ceptis
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona.
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem: pariterq; caput cum matre ferentem
Iam cornupetat et pedibus qui spargat harenam
Audijt: et celi genitor de parte serena
Intonuit leuum sonat vna letifer arcus:
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta
Perq; caput remuli venit: et cava tempora ferro
Traijcit: in verbis virtutem illude superbis
Bis capti phriges hec rutulis responsa remittūt.
Hoc tantum ascanius: teucri clamore sequuntur
Leticiaq; fremunt: animosq; ad sydera tollunt.

Etherea tum forte plaga crinitus apollo
Desup ausonias acies:urbemq; videbat
Nube sedens:atq; his victorē affatur iulum
Nacte noua virtute puer sic itur ad astra
Diis genite et geniture deos:iure omnia bella
Gente sub assaracī fato ventura resident
Nec te troia capit:simul hec effatus ab alto
Ethere se mittit spirantes dimouet auras
Ascaniumq; petit:forma tum vertitur oris
Antiquum inbuten:bic dardanio anchise
Armiger ante fuit:fidusq; ad limina custos.
Tum comitem ascanio pater addidit:ibat apollo
Omnia longeuo similis:vocemq; coloremq;
Et crines albos:et seua senoribus arma.
Atq; his ardentem dictis affatur iulum.
Sit satis enide:telis impune numanum
Oppetijsse tuis.primā banc tibi magnus apollo
Concedit laudem:et paribus non inuidet armis.
Cetera prece puer bello:sic orsus apollo
Mortalis medio aspectus sermone reliquit:
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouere:deum proceres diuinaq; tela

Armigera q̄ frōtem laurea
eam galeam q̄ ferebat arma
atq; equitem equitāte in pre
lio:

Liber Nonus.

Dardanide: pharetramq; fuga sensere sonantem
Ergo auidum pugne dictis ac numine phebi
Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt: animasq; in aperta pericula mittunt
Ite clamor: totis per ꝓpugnacula muris
Intendunt acres arcus: armentaq; torquent
Sternitur omne solum telis: cum scuta: cauecq;
Dant sonitum galee fluctu: pugna aspera surgit:
Quātus ab occasu veniens pluuialibus hedis
Uerberat imber humū: q; multa grandine nymbi
In vada precipitant: cū iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hyemē et celo caua nubila rumpit
Pandarus: et bitias ideo alcanore creti:
Quos iouis eduxit luco siluestris hyera
Abietibus iuuenes patrijs et montibus equos
Portam que ducis imperio cōmissa recludunt
Freti armis: vltro inuitant menibus hostem
Ipsi intus dextra ac leua pro turribus astant
Armati ferro: et cristis capita alta coruſci.
Quales aerie liquentia flumina circum
Siue padi ripis athesim: seu ꝓpter amenum
Consurgunt gemine quercus intonsaq; celo

Attollunt capita:et sublimi vertice nutant.
Irrumpunt aditus rutuli videre patentes
Continuo quercens:et pulcher equicolus armis
Et preceps animi tinarus:et mauortius hemon
Agminibus totis:aut versi terga dedere
Aut ipso porte posuere in limine vitam:
Tum magis increscunt animis discordibus ire:
Et iam collecti troes glomerantur eodem.
Et cõferre manũ:et procurrere longius audent.
Ductori turno diuersa in parte furenti
Turbanticq viros perfertur nuncius:hostem
Feruere cede nouа:et portas prebere patentes.
Deserit inceptum:atq immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam:fratresq superbos:
Et primum antiphatem:is em se primus agebat
Thebana de matre nothum sarpedonis alti
Coniecto sternit iacula volat itala cornus
Aerea per tenuem:stomachoq infixa sub altum
Pectus abit:reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem:et fixo ferrum in pulmone tepescit
Tũ meropem atq crimãta manu tũ sternit aphiduũ
Tũ biciam ardentẽ oculis:animisq frementem:

Liber Nonus.

Non iaculo: neq; em̃ iaculo vitam ille dediſſet
Sed magnum ſtridens cõtorta phalarica venit
Fulminis acta modo: q̃ nec duo taurea terga:
Nec duplici ſquama lorica fidelis et auro
Suſtinuit: collapſa ruunt immania membra
Dat tellus gemitũ: et clipeum ſupintonat ingens
Qualis in cuboico baiarum littore quondam
Saxea pila cadit: magnis quã molibus ante
Conſtructam iaciunt ponto ſic illa ruinam
Prona trahit: penituſq; vadis illiſa recumbit
Miſcent ſe maria: et nigre attolluntur harene
Tum ſonitu prochita alta tremit: durumq; cubile
Inarime iouis imperijs impoſita tbipeo:
Hic animũ mars armipotens: vireſq; latinis
Addidit et ſtimulos acres ſub pectore vertit
Immiſitq; fugam teucris atrumq; timorem.
Undiq; cõueniunt: quoniam data copia pugne
Bellatorq; animo deus incidit.
Pandarus vt fuſo germanum corpore cernit
Et quo ſit fortuna loco: qui caſus agat res
Portam vi multa cõuerſo cardine torquet
Obnixus latis humeris: multoſq; ſuorum

Demibus excluſos duro in certamine linquit.
Aſt alios ſecum includit recipitq; ruentes
Demens: qui rutulum in medio nō agmine regem
Uiderit irrumpentem: vltroq; incluſerit vbi
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo noua lux oculis effulſit: et arma
Horrendum ſonuere: trem unt in vertice criſte
Sanguinee: clipeoq; micantia fulmina mittit.
Agnoſcunt facie inuiſam atq; immania membra
Turbati ſubito eneade: tum pandarus ingens
Emicat: et mortis fraterne feruidus ira
Effatur non hec dotalis regia amate
Nec muris cohibet patrijs media ardea turnum
Caſtra inimica vides: nulla hinc exire poteſtas
Olli ſubridens ſedato pectore turnus.
Incipe ſi qua animo virtus: et cōſere dextram.
Hic etiam inuentum priamo narrabis achillem
Dixerat ille rudem nodis: et cortice crudo
Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.
Excepere aure: vulnus ſaturnia iuno
Detorſit veniens: portaq; infigitur haſta.
At non hoc telum mea quod vi dextera verſat

Effugies: neq; enim es teli: nec vulneris auto:
Sic ait: et sublatum alte consurgit in ensem
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit impubesq; immani vulnere malas
Fit sonus: ingenti cõcussa est pondere tellus
Collapsos arcus: atq; arma cruenta cerebro
Sternit bumi moriens: atq; illi in ptibus equis
Huc caput: atq; illuc humero ex vtroq; pependit
Diffugiunt versi trepida formidine troes.
Et si cõtinuo victorem ea cura subisset
Rũpere claustra manu: socios q; immittere portis.
Ultimus ille dies bello: gentiq; fuisset.
Sed furor ardentem: cedisq; insana cupido
Egit in aduersos.

Principio phalarim et succiso polite gigen
Excipit: binc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum: iuno vires: animũq; ministrat
Addit balim comitem: et confixum phegea parma
Ignaros deinde in muris: martemq; cientes
Alcandrumq; baliumq; nemonaq; pritaniumq;
Lincea tendentem cõtra socios q; vocantem
Vibranti gladio cõnixus ab aggere dextra

Octupat: huic vino deiectum cominus ictu
Cum galea longe iacuit caput: inde ferarum
Vastatorem amicum: quo non felicior alter
Ungere tela manu: ferrumq; armare veneno
Et clitium eolidem: et amicum cretea musis
Cretea musarum comitem: cui carmina semp
Et citharе cordi numerosq; intendere neruis
Semp equos atq; arma virum: pugnasq; canebat
Tandem ductores audita cede suorum
Cõueniunt teucri mnestheus acerq; serestus
Palantesq; vident socios hostemq; receptum
Et mnestheus: quo deinde fugã: quo tenditis inquit.
Quos alios muros: que iam vltra menia habetis.
Unus homo et vestris o ciues vndiq; septus
Aggeribus tantas strages impune per vrbem
Ediderit iuuenum primos tot miserit orco.
Non infelicis patrie: veterumq; deorum
Et magni enee segnes miseretq; pudetq;
Talibus accensi firmantur: et agmine denso
Consistunt: turnus paulatim excedere pugna:
Et fluuium petere ac partem que cingitur amni
Acrius boc teucri clamore incumbere magno

Liber Nonus

Et glomerare manum: ceu ſeuum turba leonem
Cum telis premit infenſis: at territus ille
Aſper acerba tuens retro redit: et neq; terga
Ira dare aut virtus patitur: nec tendere contra.
Ille quidem hoc cupiens potis eſt: p tela viroſq;
Haud aliter retro dubius veſtigia turnus
Improperata refert: et mens exeſtuat ira.
Quinetiam bis tum medios inuaſerat hoſtes
Bis conuerſa fuga per muros agmina vertit
Sed manus e caſtris ꝓpere coit omnis in vnum
Nec contra vires audet ſaturnia iuno
Sufficere: aeream celo nam iuppiter irim
Demiſit: germane haud mollia iuſſa ferentem.
Ni turnus cedat teucrorum menibus altis.
Ergo nec clipeo iuuenis ſubſiſtere tantum
Nec dextra valet: iniectis ſic vndiq; telis
Obruitur: ſtrepit aſſiduo tempora circum
Tinnitu galea: et ſaxis ſolida era fatiſcunt
Diſcuſſeq; iube capiti: nec ſufficit vmbo
Ictibus ingeminant baſtis: et troes et ipſe
Fulmineus mneſthus: tum toto corpore ſudor

Liquitur: et piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit ager anhelitus artus
Tum demum preceps saltu se se omnibus armis
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem: ac mollibus extulit vndis
Et letum socios abluta cede remisit.

Descriptio decimi libri.

Cidit enee decimo mezentius ira:
Conciliū diuis hominū de rebus habetur
Interea rutuli portis circū omnibus instant:
Aduenit eneas multis cum millibus heros
Mars vocat et totis in pugnam veribus itur
Interimit palanta potens in prelia turnus.
Leduntur; duces: cadit et sine numine turnus
Subtrabitur pugna iunonis nomine vulgus.
Eneas perstat mezenti cede piata:
Et lausum inuicta perimit p vulnera dextra.
Nec vltro nati mezentius occidit ipse

Publij Virgilij Maronis Eneidos Liber decimus.

Liber Decimus

Anditur interea domus oipotentis olimpi

Cõciliumq; vocat diuũ pater atq; hoim rex.

Sideream sedem: terras vnde arduus omnes

Castraq; dardanidũ aspectat populosq; latinos

Consident tectis bipatentibus: incipit ipse

Celicole magni que nam sententia vobis

Uersa retro: tantumq; animis certatis iniquis.

Abnueram bello italiam cõcurrere teucris

Que cõtra vetitũ discordia: quis metus aut bos

Aut bos arma sequi ferrumq; lacessere suasit.

Aduenient iustum pugne ne accersite tempus

Cum fera carthago romanis arcibus olim

Exitium magnũ atq; alpes immitteret apertas:

Tum certare odijs: tum res rapuisse licebit

Nunc sinite: et placidum leti cõponite fedus

Jupiter hec paucis: at nõ venus aurea contra

Pauca refert.

O pater o hominũ diuumq; eterna potestas

Nãq; aliud quid sit qõ iam implorare queamus

Cernis vt insultent rutuli: turnusq; feratur

Per medios insignis equis tumiduscq; secundo

Marte ruat: nom clausa tegunt iã menia teucros

Eneidos

Quin intra portas: atq; ipsis prelia miscent
Aggeribus mero: et inundant sanguine fosse.
Eneas ignarus abest nunc; ne leuari
Obsidione sines: muris iterum imminet hostis
Nascentis troie: nec non exercitus alter:
Atq; iterum in teucros etolis surgit ab arpis
Tydides: equidem credo mea vulnera restant
Et tua progenies mortalia demoror arma
Si sine pace tua: atq; inuito numine troes
Italiam petiere: luant peccata: nec; illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa secuti
Que superi manesq; dabant: cur nunc tua quisq;
Uertere iussa potest: aut cur noua condere fata.
Quid repetam exustas ericino in littore classes
Quid tempestatum regem ventosq; furentes
Aeolia excitos: aut actam nubibus irim.
Nunc etiam manes hec intentata manebat
Sors rerum mouet: et superis immissa repente
Alecto: medias italum bacchata per vrbes.
Nil super imperio moneor: sperauimus ista
Dum fortuna fuit: vincant quos vincere mauis
Si nulla est regio teucris quam det tua cõiunx

Liber Decimus.

Dura. per euerse genitor: fumantia troie
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Jncolumen ascanium: liceat superesse nepotem:
Eneas sane ignotis iactetur in vndis.
Et quācunqz viam dederit fortuna sequatur
Hunc tegere: et dire valeam subducere pugne.
Est amathus: est celsa mihi paphos: atqz cithera
Jpaliecqz domus: positis inglorius armis
Exigat hic euum magna ditione iubeto.
Carthago premat ausoniā: nihil vrbibus inde
Obstabit tirijs: quid pestem euadere belli
Juuit: et argolicos medios fugisse per ignes.
Totqz maris vastecqz exhausta pericula terre
Dum latiū teucri recidiuaqz pergama querunt
Non sartus cineres patrie insedisse supremos
Atqz solū: quo troia fuit: xanthum et simoenta
Redde oro miseris iterumqz reuolucre casus
Da pater iliacos teucris: tum regia iuno
Acta furore graui quid me alta silentia cogis
Rumpere: et obductū verbis vulgare dolorem.
Enean hominum quisquam diuumqz subegit
Bella sequi: aut hostem regi se inferre latino.

Italiam petijt fatis auctoribus esto:
Cassandre impulsus furijs:num linquere castra
Hortati sumus:aut vitam cõmittere ventis
Aym puero summã belli:num credere muros
Tirrhenam ve fidem:aut gentes agitare quietas
Quis deus in fraudem que dura potentia nostra
Egit:vbi hic iuno:demissaue nubibus iris.

Indignũ est:italos troiam circundare flammis
Hascentem:et patria turnum consistere terra
Cui pilumnus auus:cui diua venilia mater
Quid face troianos atra vim ferre latinis:
Arua aliena iugo premere atq; auertere predas.
Quid soceros legere:et gremijs abducere pactas
Pacem orare manu:prefigere puppibus arma
Tu potes eneam manibus subducere graium.
Proq; viro nebulã:et ventos obtendere inanes
Et potes in totidem classem cõuertere nimphas.
Nos aliquid rutulis cõtra iuuisse nefandum est
Eneas ignarus abest ignarus et absit:
Est paphos:idaliumq; tibi sunt alta citbera.
Quid grauidã bellis vrbẽ:et corda aspera tentas
Nos ne tibi fluxas phrigie res vertere fundo

Liber Decimus.

Conamur: nos an miseros qui troas achiuis
Obiecitque causa fuit consurgere in arma
Europamq; assiamq; et federe soluere furto.
Me duce dardanius spartã expugnauit adulter:
Aut ego tela dedi: foueq; cupidine bella:
Tum decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis: et irrita iurgia iactas.
Talibus orabat iuno: cunctiq; fremebant
Celicole assensu vario: ceu flamina prima
Cum dep: ensa fremunt siluis: et ceca volutant
Murmura: venturos nautis prodentia ventos.
Tum pater oĩpotens rerum cui summa potestas
Infit: eo dicente deum domus alta silescit:
Et tremefacta solo tellus: silet arduus ether:
Tũ zephiri posuere premit placida equora põtus
Accipite ergo animis: atq; hec mea figite dicta:
Quãdo quidem ausonios cõiungi federe teucris
Haud licitũ est: nec vestra capit discordia finem
Quo cuiq; est fortuna hodie q̃ quisq; secat spem
Tros rutulus ve fuat: nullo discrimine habebo
Seu fatis italum castra obsidione tenentur:
Siue errore malo troie monitisq; sinistris
Nec rutulos soluo: sua cuiq; exorsa laborem

Non tempauit

Iupiter non potuit sedere partes sed bimisit ea in-uentram proferre ne aut fabiam ponam

K ij

Fortunamq; ferent: rex iuppiter omnibus idem
Fata viam inuenient stigij per flumina fratris
Per pice torrentes atraq; voragine ripas
Annuit: et totum nutu tremefecit olimpum
Hic finis fandi: solio tum iuppiter aureo
Surgit: celicole medium quē ad limina ducunt.
Interea rutuli portis circū omnibus instant
Sternere cede viros: et menia cingere flammis
Ast legio eneadum vallis obsessa tenetur
Nec spes vlla fuge: miseri stant turribus altis
Ne quicquā: et rara muros cinxere corona:
Iasius imbrasides icetaoniusq; timetes
Assaraciq; duo: et senior cum castore thibris
Prime acies: bos germani sarpedonis ambo
Et clarus et bemon licia comitantur ab alta
Fert ingens toto cōnixus corpore saxum
Haud ptem exiguam montis lirnesius agmon
Nec clicio genitore minor nec fratre mnestheo
Hi iaculis: illi certant defendere saxis.
Molliriq; ignem: neruoq; aptare sagittas:
Ipse inter medios veneris iustissima cura
Dardanius caput ecce puer detectus honestum

Liber Decimus

Qualis gemma micat fuluū que diuidit aurum
Aut collo decus aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo: aut orithia terebintho
Lucet ebur: busos cernit cui lactea crines
Accipit: et molli subnectit circulus auro.
Te quoq; magnanime viderunt ismare gentes
Ulnera dirigere: et calamos armare veneno
Deonia generose domo: vbi pingnia culta
Exercentq; viri pactolūsq; irrigat auro:
Affuit et mnestheus: quem pulsi pristina turni
Aggere muroq; subblimem gloria tollit
Et capis hinc nomen campane ducitur vrbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerāt: media eneas freta nocte secabat
Namq; vt ab euandro castris ingressus hetruscis
Regem adit et regi memorat nomenq; genusq;
Quid ne petat: quid ne ipse ferat: mesencius arma
Que sibi cōciliet: violentaq; pectora turni
Edocet: humanis que sit fiducia rebus
Admonet: immiscetq; preces baud fit mora tarcon
Jungere opes: feduscq; ferit: tum libera fatis
Classem conscendit iussis gens lidia diuum

Eneidos

Externo cõmissa duci:cenea puppis
Prima tenet rostro phrigios subiuncta leones
Imminet ida sup profugis gratissima teucris
Hic magnus sedet eneas:secumq volutat
Euentus belli varios pallasq siniſtro
Affixus lateri iam querit sydera opace
Noctis iter:iam que passus terraq mariq.
Pandite nunc helicona dee:cantusq mouete
Que manus interea tuscis comitetur ab oris
Enean armetq rates:pelagoq vehatur.
Massicus erata princeps secat equora tygri.
Sub quo mille manus iuuenum qui menia cluſi
Quiq vrbem liquere cosas:quis tela sagitte
Chorithiq leues humeris:et letifer arcus.
Una toruus abas:huic totum insignibus armis
Agmen:et aurato fulgebat apolline puppis.
Sexcentos dederat illi populonia mater
Expertos belli iuuenes:ast ilua trecentos
Insula in exhaustis calibum generosa metallis
Tertius ille hominũ diuumq interpres asilas:
Cui pecudum fibre:celi cui sydera parent:
Et lingue volucrum:et presagi fulminis ignes

Liber Decimus

Mille rapit densos acie atq; horrentibus hastis
Nos parere iubent alphee ab origine pise
Urbs hetrusca solo: sequitur pulcherrimus astur
Astur equo fidens: et versicoloribus armis.
Tercentum adijciunt: meus omnibus una sequendi
Qui cerete domo: qui sunt minionis in aruis:
Et pirgi veteres: intempestiq; grauisce.
Non ego te ligurum ductor fortissime bello
Transierim cigne: et paucis comitate cupauo:
Cuius olorine surgunt de vertice penne
Crimen amor vestrum formeq; insigne paterne.
Flamq; ferunt luctu cignum pheretontis amati
Populeas inter frondes: umbramq; sororum
Dum canit: et mestum musa solatur amorem
Canentem molli pluma duxisse senectam
Linquentem terras et sydera voce sequētem
Filius equales comitatus classe cateruas
Ingentem remis centaurum promouet: ille
Instet aque: saxumq; vndis immane minatur:
Ardyus: et longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet ocnus ab oris
Fatidice mantus: et tusci filius amnis

Qui muros: matrisq; dedit tibi mantua nomen
Mantua diues auis: sed nō genus omnibus vnū
Bens illi triplex: populi sub gente quaterni
Ipsa caput mundi tusco de sanguine vires.
Hinc quoq; qningētos in se mesencius armat
Quos patre benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in equora pinu:
Jt grauis aulestes: centenaq; ab arbore fluctum
Uerberat assurgens: spumāt vada marmore verso
Hunc vehit immanis triton: et cerula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominū prefert: in pistrin desinit aluus.
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
Tot lecti proceres terdenis nauibus ibant
Obsidio troie: et campos salis ere secabant
Jamq; dies celo discesserat: almaq; curru
Noctiuago phebe medium pulsabat olimpum
Eneas: neq; eē membris dat cura quietem
Ipse sedens clauumq; regit: velisq; ministrat
Atq; illi medio in spacio chorus eccc suarum
Occurrit comitum: nymphe quas alma cibele
Numen habere maris: nymphasq; e nauibus esse

Liber Decimus.

Jusserat: innabant pariter: fluctusq; secabant
Quot prius erate steterant ad littora prore:
Agnoscunt longe regem: lustrantq; choreis
Quarum que fandi doctissima cimodocea
Pone sequẽs dextra puppim tenet: ipsaq; dorso
Eminet: ac leua tacitis subremigat vndis:
Tum sic ignarũ alloquitur vigilas ne deum gens
Enea vigila: et velis immitte rudentes
Nos sumus idee sacro de vertice pinus:
Nũc pelagi nymphe classis tua: pfidus: vt nos
Precipites ferro rutulus flammaq; premebat:
Rumpimus inuite tua vincla: teq; per equor
Querimus: hanc genitrix faciem miserata refecit
Et dedit esse deas: cumq; agitare sub vndis
At puer ascanius muro fossisq; tenetur
Talia inter media atq; horrentes marte latinos
Jam loca iussa tenet forti pmixtus hetrusco
Arcas eques: medias illis opponere turmas:
Ne castris iungant certa est sententia turno.
Surge age: et aurora socios veniente: vocari
Primus in arma iube et clipeũ cape: quẽ dedit ipse
Inuictum ignipotens: atq; oras ambijt auro

Crastina lux(mea si non irrita dicta putaris)
Ingentes rutule spectabit cedis aceruos.
Dixerat:et dextra discedens impulit altam
(Haud ignara modi)puppim fugit illa p vndas
Ocior et iaculo:et ventos equãte sagitta:
Inde alie celerant cursus stupet insscius ipse
Tros anchisiades:animos tamen omine tollit:
Cumbreuiter supera aspectans cõuexa:precatur
Alma parens idea deum:cui dindima cordi
Turrigerecq; vrbes:biugicq; ad frena leones
Tu mihi nũc pugne princeps:tu rite pinques
Augurium:phrigibusq; adsis pede diua secundo
Tantum affatus:et interea reuoluta ruebat
Datura iam luce dies:noctemq; fugarat
Principio socijs edicit:signa sequãtur:
Atq; animos aptent armis:pugneq; parent se
Jamq; in conspectu teucros habet:et sua castra
Stans celsa in puppi:clipeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem:clamorem ad sidera tollunt
Dardanide e muris:spes addita suscitat iras
Tela manu iaciunt:quales sub nubibus atris
Strimonie dant signa grues:atq; ethera tranãt

Liber Decimus.

Cum sonitu: fugiuntq; notbos clamore secundo.
At rutulo regi ducibusq; ea mira videri
Ausonijs donec versas ad littora puppes
Respiciunt totumq; allabi classibus equor.
Ardet apex capiti: cristisq; ac vertice flamma
Funditur: et vastos vmbo mouit aureus ignes.
Non secus ac liquida siquādo nocte comete
Sanguinei lugubre rubent: aut sirius ardor
Ille sitim morbosq; ferens mortalibus egris
Nascitur: et leuo cōtristat lumine celum.
Haud tamen audaci turno fiducia cessit
Littora preripere et venientes pellere terra
Ultro animos tollit dictis: atq; increpat vltro
Quod votis optastis adest: perfringere dextra
In manibus mars ipse viri: nunc cōiugis esto
Quisq; sue tecticq; memor: nunc magna referto
Facta parū: laudesq; vltro occurramus ad vndā
Dum trepidi: egressisq; labant vestigia prima
Audentes fortuna iuuat.
Hec ait: et secum versat quos ducere contra
Vel quibus obsessos possit cōcredere muros
Interea eneas socios de puppibus altis

Latini enim in plano constituti videri Enee no potuit

Moraliter quibē nā repentino omnia maiora videntib

Vsq; ex iliados tan versu quadragesimo viri

Et hec preparatio allocutionis

Oratio e ex hortatoria genere demonstratiua in qua sunt premia, primū ab honesto, quod vobis obtatis adest, secundū a facilitate, in manibus mars ipse viri
fortiter agere, postulate, nunc pugnare vos quis
Quartū ab turpitudine, nunc magna refert facta q̄ vltio non tulit sententia

Post tumi rohortationē Ene et tarsatis ad suos exhortationem, nig nauibus sa vado soluta e reuersa nauibus salus

Pontibus exponit: multi seruare recursus
Languentis pelagi: et breuibus se credere saltu
Per remos alij: speculatus littora tarchon
Qua vada nō sperat: nec fracta immurmurat vnda
Sed mare inoffensum crescenti allabitur estu.
Aduertit subito proras: socioscꝫ precatur
Hunco lecta manus validis incumbite remis
Tollite: ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram: sulcūꝫ sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso
Arrepta tellure semel: quę talia post quam
Effatus tarchon socij consurgere tonsis:
Spumantescꝫ rates aruis inferre latinis:
Donec rostra tenent siccum: et sedere carine.
Omnes innocue sed non puppis tua tarchon:
Namꝫ inflicta vadis dorso dum pendet iniquo
Anceps sustentata diu: fluctusꝫ fatigat.
Soluitur: atꝫ viros medijs exponit in vndis:
Fragmina remorum quos et fluitantia trāstra
Impediūt: retrabitꝫ pedes simul vnda relabens.
Nec turnum segnis retinet mora: sed rapit acer
Totam aciem in teucros: et contra in littore sistit.

Liber Decimus.

Signa canunt: primus turmas inuasit agrestes
Eneas: omen pugne strauitq; latinos
Occiso therone: virum qui maximus vltro
Eneam petit: huic gladio percq; erea scuta:
Per tunicā squallentē auro latus haurit apertum
Inde licham ferit exectum iam matre perempta
Et tibi phebe sacrum: casus euadere ferri
Cui licuit paruo: nec longe cissea durum
Immanemq; giam sternentes agmina claua
Deiecit leto: nil illos herculis arma
Nil valide iuuere manus: genitorq; melampus
Alcide comes: vsq; graues dum terra labores
Prebuit: ecce pharon voces dum iactat inertes
Intorquens iaculum clamanti sistit in ore:
Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris clitiū infelix noua gaudia cidon
Dardania stratus dextra securus amorum:
Qui iuuenum tibi semp erant miserande iacere
Ni fratrum stipata coborz foret obuia: phorci
Progenies: septem numero septenaq; tela
Conijciunt partim galea: clipeoq; resultant.
Irrita deflexit partim stringentia corpus

Alma venus: et fidum eneas affatur achatem.
Suggere tela mibi (non vllum dextera frustra
Torserit in rutulos) steterant que in corpe gratum
Iliacis campis: tum magnam corripit hastam:
Et iacit: illa volans clipei transuerberat era
Demonis: et toraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit alcanor: fratremq; ruentem
Sustentat dextra: traiecto missa lacerto.
Protinus basta fugit: seruatq; cruenta tenorem
Dextraq; ex humero neruis moribunda pependit
Tum monitor iaculo fratris de corpore rapto
Eneam petijt: sed non et figere contra
Est licitum: magnicq; femur perstrinxit achate.
Hic curibus fidens: primeuo corpore lausus
Aduenit: et rigida driopen ferit eminus basta
Sub mentum grauiter pressa: pariterq; loquentis
Vocem: animaq; rapit tacto gutture: at ille
Fronte ferit terram: et crassum vomit ore cruorem
Tres quoq; threicios boree de gente suprema
Et tris quos idas pater: et patria ismara misit
Per varios sternit casus occurrit alesus
Aurunco manus: subit et neptunia proles

Liber Decimus.

Insignis mesapus equis: expellere tendunt
Hunc hi nunc illi: certatur limine in ipso
Ausonie: magno discordes ethere venti
Prelia ceu tollunt animis et viribus equis
Non ipsi inter se non nubila non mare cedit
Anceps pugna diu: stant obnixa: omnia contra
Haud aliter troiane acies. aclesq; latine
Concurrunt: haberet: pede pes densusq; viro vir.
At parte ex alia qua sata rotantia late
Intulerat torrens: arbustaq; diruta ripis:
Arcades insuetos acies inferre pedestres
Ut vidit pallas latio date terga sequaci
Aspera quis natura loci dimittere quando
Suasit equos vnum quod rebus restat egenis
Hunc prece nūc dictis virtutem accendit amaris.
Quo fugitis socij: per vos et fortia facta
Per ducis euandri nomen deuictaq; bella:
Spemq; meā patrie que nūc subit emula laudis
Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hostes
Est via: qua globus ille virum densissimus viget
Hac vos et palanta ducem patria alta reposcit
Numina nulla premūt: mortali vrgemur ab hoste

Mortales totidem nobis animeq manuſq:
Ecce maris magno claudit nos obice pontus.
Deeſt iam terra fuge pelago:troiam ne poteſtis
Nec ait:et medius denſos prorumpit in hoſtes.
Obnius huic primum fatis adductus iniquis
Fit lagus: huc magno vellit dum ponderе ſaxum
Intorto fuit telo diſcrimina coſtis
Per medium qua ſpina dedit:haſtamq receptat
Oſſibus berentem:quē non ſup occupat biſbon
Ille quidē hoc ſperans:nam pallas ante ruentem
Dum furit incautum crudeli morte ſodalis
Excipitq atq enſem tumido in pulmone recōdit
Hinc ſcbenelum petit:et rbeti de gente vetuſta
Anchelemū thalamos auſum inceſtare nouerce:
Vos etiam gemini rutulis cecidiſtis in aruis
Dautia laride:thimbriq ſimillima proles
Indiſcreta ſuis:gratuſq parentibus error.
At nunc dura dedit vobis diſcrimina pallas:
Nam tibi thimbre caput euandrius abſtulit enſis
Te deciſa ſuum laride dextera querit
Semianimeſq micant digiti:ferrumq retractāt
Arcbadas accenſos monitu: et preclara tuentes

Liber Decimus.

Facta viri mixtus dolor: et pudor armat in hostes.
Tum pallas bijugis fugientem rhetbea preter
Traijcit hoc spacium tantumq; more fuit ilo.
Ilo namq; procul validam direxerat hastam:
Quã medius rhetbeus intercipit: optime teutra
Te fugiens: fratremq; tyrem: currumq; volutus
Cedit semianimis rutulorum calcibus arua
Ac velut optato ventis estate coortis
Dispersa immittit siluis incendia pastor.
Correptis subito medijs extenditur vna
Horrida per latos acies vulcania campos
Ille sedens victor flammas despectat ouantes
Non aliter socium virtus coit omnis in vnum
Teq; iuuat palla: sed bellis acer alesus
Tendit in aduersos: secq; in sua colligit arma
Hic mactat ladonaq; pheretaq; demodocũq;
Strimonio dextram fulgenti diripit ense
Elatam in iugulum: saxo ferit ora thoantis
Ossaq; dispergit: cerebro cõmixta cruento.
Fata canens siluis genitor celarat alesum.
Ut senior leto canentia lumina soluit:
Iniecere manum parce: telisq; sacrarunt

Euandri:quem sic pallas petit ante precatus:
Da nunc tybri pater ferro quod missile libro
Fortunam atq; viam duri per pectus alesi:
Hec arma exuuiasq; viri tua quercus habebit.
Audijt illa deus dum texit iamona alesus.
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cede viri tanta perterrita lausus
Pars ingens belli sinit agmina:primus abantem
Oppositum interrimit pugne nodumq; moraq;
Sternitur arcadie proles:sternuntur hetrusci.
Et vos o graijs imperdita corpora teucri.
Agmina cõcurrunt:ducibusq; et veribus equis
Extremi addensent acies:nec turba moueri
Tela manusq; sinit:hinc pallas instat et vrget
Hic contra lausus:nec multum discrepat etas.
Egregij forma:sed quis fortuna negarat
In patriam reditus ipsos cõcurrere passus
Haud tamen inter se passus regnator olimpi
Dor illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea sor alma monet succurrere lauso
Turnũ qui volucri curru medium secat agmen.
Ut vidit socios:tempus absistere pugne.

Liber Decimus.

Solus ego in pallanta feroz: soli mihi pallas
Debetur: cuperem ipse parens spectator adesset.
Dixerat: et socij cessere equore iusso.
Ad rutulum abscessu iuuenis: tum iussa superba
Miratus stupet in turno: corpusq; per ingens
Lumina voluit: obitq; truci procul omnia visu:
Talibus: et dictis it contra dicta tyranni:
Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis:
Aut leto insignis: sorti pater equus vtriq; est.
Tolle minas: fatus medium procedit in equor
Frigidus arcadibus coit in precordia sanguis.
Desiluit turnus bijugis: pedes apparat ire
Dominus vtq; leo specula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prelia taurum
Aduolat: haud alia est turni venientis imago
Hunc vbi cõfigium misse fore credidit haste:
Ire prior pallas: si qua fors adiuuet ausum
Uirtibus imparibus magnũq; ita ad etbera fatur
Per patrie hospiciũ: et mensas quas aduena adisti
Te precor alcide: ceptis ingentibus adsis.
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta:
Uictoremq; ferant morientia lumina turni

Eneidos

Audijt alcides iuuenem magnumq; sub ima
Corde premit gemitū: lachrimasq; effundit ineanes
Tum genitor natum dictis affatur amicis
Stat sua cuiq; dies: breue et irreparabile tempus
Omnibus est vite: sed famam extendere factis.
Hoc virtutis opus: troie sub menibus altis
Tot gnati cecidere deum: quin occidit vna
Sarpedon mea progenies: etiam sua turnum
Fata vocant: metasq; dati peruenit ad eui:
Sic ait: atq; oculos rutulorum reijcit aruis.
At pallas magnis emittit viribus hastam:
Vaginaq; caua fulgentem diripit ensem.
Illa volans: humeri surgāt qua tegmina summa
Incidit: atq; viam clipei molita per oras.
Tandem etiā magno strinxit de corpore turni
Vic turnus ferro prefixum robur acuto
In pallanta diu librans iacit: atq; ita fatur
Aspice: num mage sit nostrum penetrabile telum
Diterat ac clipeum tot ferri terga tot eris
Cum pellis totiens obeat circundata tauri
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu:
Loriceq; moras: et pectus perforat ingens

Liber Decimus.

Ille capit calidum frustra de corpore telum:
Una eademq; via sanguis: animusq; sequuntur.
Corruit in vulnus: sonitum sup arma dedere
Et terram hostilem moriens petit ore cruento:

Quem turnus super assistens.

Arcades hec inquit memores mea dicta referte
Euandro: qualem mernit palanta remitto
Quisquis bonos tumuli: quicqd solame humādi est
Largior: haud illi stabunt encia parvo
Hospitia: et leuo pressit pede talia fatus
Exanimem: rapiens immania pondera balthei
Impressumq; nefas vna sub nocte iugali.
Lesa manus iuuenum fedet: balamiq; cruenti:
Que bonus eurition multo celauerat auro:
Quo nunc turnus ouat spolio: gaudetq; potitus
Nescia mens hominum fati: sortisq; future
Et seruare modum rebus sublata secundis
Turno tempus erit: magno cū optauerit emptū
Intactum palanta: et cum spolia ista: diemq;
Oderit: at socij multo gemitu lachrimisq;
Impositum scuto referunt pallanta frequentes
O dolor: atq; decus magnum rediture parenti

Eneidos

Hec te prima dies bello dedit: hec eadem aufert
Cum tamen ingentes rutulo⁹ linquis aceruos,
Nec iam fama mali tanti: sed certior auctor
Aduolat enee: tenui discrimine leti
Esse suos: tempus versis succurrere teucris
Proxima quecq; metit gladio: latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro: te turne superbum
Lede noua querens: pallas euander in ipsis
Omnia sunt oculis: mense quas aduena primus
Tunc adijt: dextreq; date: sulmone creatos
Quatuor hic iuuenes totidem quos educat vfens
Uiuentes capit inferias: quos immolet vmbris:
Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammas:
Inde mago procul infensam cõtenderat hastam:
Ille astu subit: at tremebunda supuolat basta
Et genua amplectens affatur talia suppex:
Per patrios manes: et spes surgentes iuli
Te precor hanc animam serues: natoq; patriq;
Est domus alta. iacent penitus defossa talenta
Celati argenti: sunt auri pondera sacri
Infectiq; mihi: non hic victoria teucrum
Uertitur: haut aia vna dabit discrimina tanta

Liber Decimus.

Dixerat eneas: cui contra talia reddit.

Argenti atq; auri memoras que multa talenta

Gnatio parce tuis belli cõmertia turnus

Sustulit ista prior iam tum pallante perempto

Hoc patris anchise manes: hoc sentit iulus

Sic fatus galeam leua tenet: atq; reflexa

Cervice orantis capulo tenus applicat ensem.

Hec procul hemonides phebi triviiq; sacerdos

Infula: cui sacra redimibat tempora vitta

Totus collucens veste: atq; insignibus armis:

Quem cõgressus agit campo: lapsumq; supstans

Immolat: ingentiq; vmbra tegit: arma sequitur

Lecta refert humeris: tibi rex gradiue tropheum

Instaurant acies vulcani stirpe creatus

Ceculus: et veniens marsoq; a montibus vmbro.

Dardanides cõtra furit: auxuris ense sinistram:

Et totum clipei ferro deiecerat orbem

Dixerat ille aliquid magnũ: vimq; affore verbo:

Crediderat: celoq; animum fortasse ferebat:

Laniciemq; sibi: et longos promiserat annos

Tarquitus exultans cõtra fulgentibus armis

Siluicole fauno driope: quẽ nympha crearat:

Eneidos

Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam clipeique ingens onus impe lit basta
Tunc caput orantis ne quicq̄: et multa parantis
Dicere: deturbat terre: truncūq̄ tepentem
Prouoluens sup hec inimico pectore fatur
Istic nunc metuende iace: non te optima mater
Lōdet bumi: patrioue onerabit membra sepulcro
Alitibus liquere feris aut gurgite mersum
Unda feret: pisces q̄ impasti vulnera lambent.
Protinus antheum. et licam prima agmina turni
Persequitur: fortemq̄ numā: fuluumq̄ camertem
Magnanimo volscente satum ditissimus agri:
Qui fuit ausonidum: et tacitis regnauit amiclis
Aegeon qualis: centum: cui brachia dicunt
Centenasq̄ manus: quinquaginta oribus ignem:
Pectoribusq̄ arsisse: iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clipeis: tot stringeret enses
Sic toto eneas desecuit in equore victor
Ut semel intepuit mucro: quin ecce nipbei
Quadrijuges in equos: aduersaq̄ pectora tendit
Atq̄ illi longe gradientem: et dira frementem
Ut videre. metu versi: retroq̄ ruentes

Liber Decimus

Effunduntq; ducem: rapiuntq; ad littora currus
Interea bijugis infert se lucagus albis
In medios: fraterq; liger: sed frater habenis
Flectit equos: strictum rotat acer lucagus ensem
Haud tulit eneas tanto feruore furentes.
Irruit: aduersaq; ingens apparuit basta.
Cui liger.
Non diomedis equos: nõ currum cernis achillis:
Aut phrigie campos: nunc belli finis. et cui
His dabitur terris: vesano talia late
Dicta volant liger: sed non et troius heros
Dicta parat cõtra iaculum iam torquet in hostem
Lucagus: vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos: proiecto dum pede leuo
Aptat se pugne: subit oras basta per imas
Fulgentis clipei: tum leuum perforat inguen:
Excussus curru moribundus voluitur aruis.
Quem pius eneas dictis affatur amaris.
Lucage nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit: aut vene vertere ex hostibus vmbre
Ipse rotis saliens iuga deseris: hec ita fatus
Arripuit bijugos: frater tendebat inermes

Infelix palmas curru delapsus eodem.
Per te per qui te talem genuere parentes
Vir troiane sine hāc animā: et miserere precantis
Pluribus oranti eneas: haud talia dudum
Dicta dabas: morere et fratrem ne desere frater.
Tum latebras animę pectus mucrone reclusit
Talia per campos edebat funera victor
Dardanius: torrentis aque: vel turbinis atri
More furēs: tandem erumpūt: et castra relinquunt
Ascanius puer: et ne quicquā obsessa iuuentus
Junonem interea cōpellat iuppiter vltro
O germana mihi: atq; eadem gratissime cōiunx
Ut rebare venus(nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes non inuidia bello
Dextra viris: animusq; ferox: pariensq; periclis
Cui iuno submissa: quid o pulcherrime coniunx
Sollicitas egram: et tua tristia dicta timentem:
Si mihi: que quondā fuerat(quāq; esse decebat)
Vis in amore foret: nonne hec mihi nāq; negares
Omnipotens: quin et pugne subducem turnum:
Et danuo possem incolumem seruare parenti
Nunc pereat: teucrisq; pio det sanguine penas:

Ille tamen nostra deducit origine nomen.
Pilumnusq; illi quartus pater:et tua larga
Sepe manu:multisq; onerauit limina donis:
Cui rex etherei breuiter sic fatur olimpi.
Si mora presentis leti:tempusq; caduco
Oratur iuueni:meq; hoc ita ponere sentis
Tolle fuga turnum atq; instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vocat:sin altior istis
Sub precibus venia vlla latet:totumq; moueri
Mutari ve putas bellum:spes pascis inanes:
Cui iuno illachrimās:quod si que voce grauaris
Dente dares:atq; hec turno rata vita maneret:
Nunc manet insontē grauis exitus:aut ego veri
Uana feror:quin vt potius formidine falsa
Ludat:et in melius tua qui potes orsa reflectas.
Hec vbi dicta dedit:celo se protinus alto.
Misit agens hyemen nymbo succincta p auras.
Iliacamq; aciem:et laurentia castra petiuit.
Tū dea nube cava tenuem sine viribus vmbram
In faciem enee(visu mirabile monstrum)
Dardanijs ornat telis:clipeumq; iubasq;
Diuini assimulat capitis:dat inania verba.

Dat sine mente sonum: gressusq; effingit euntis:
Morte obita quales fama est volitare figuras:
Aut que sopitos deludunt somnia sensus.
At primas leta ante acies exultat imago:
Irritatq; virum telis: et voce lacessit
Instat cui turnus: stridentemq; eminus hastam
Conijcit: illa dato vertit vestigia tergo
Tum vero eneam aduersum: cedere turnus
Credidit atq; aio spem turbidus hausit inanem.
Quo fugis enea: thalamos ne desere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quesita per vndas.
Talia vociferans sequitur: strictumq; corruscat
Mucronem: nec ferre videt sua gaudia ventos.
Forte ratis celsi cõiuncta crepidine saxi
Expositis dabat scalis: et ponte parato:
Qua rex dulichijs aduectus ofilius oris
Huc sese enee trepida fugientis imago
Conijcit in latebras: nec turnus segnior instat:
Exuperatq; moras: et pontes transilit altos
Ilicet proram attigerat. rupit saturnia funem:
Auulsamq; rapit reuoluta per equora nauem:
Illum autem eneas absentem in prelia poscit

Liber Decimus.

Obuia multa virum demittit corpora morti.
Tum leuis haud vltra latebras iã querit imago:
Sed sublime volans: nubiſe immiſcuit atre
Lumq turnum medio interea fert equore turbo
Reſpicit ignarus rerum: ingratuſq ſalutis.
Et duplices cum voce manus ad ſydera tendit.
Omnipotẽs genitor tanton me crimine dignũ
Duxiſtiz et tales voluiſti expendere penas.
Quo ferorz vñ abiiz qua me fuga: que ve reducet:
Laurentis ne iterum muros aut caſtra videbo
Quid manus illa virũ: qui me meaq arma ſecuti:
Quos ve nefas omnes nefanda in morte reliquiz
Et nunc palantes video: gemitumq cadentum
Accipio: quid agam: aut que iã ſatis ima debiſcat
Terra mibiz vos o potius miſereſcite venti
Ju rupes in ſaxa volens vos turnus adoro
Ferte ratem: ſeuiſq vadis immittite ſyrtes:
Quo: neq me rutulicz: neq cõſcia fama ſequatur.
Nec memorans aiot: nunc huc: nunc fluctuat illuc
An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induatzet crudum per coſtas exigat enſem
Fluctibus an iaciat mediis: et littora nando

Eneidos

Curua petat: teucrumq; iterum se reddat in arma.
Ter conatus vtramq; viam: ter maxima iuno:
Continuit: iuuenemq; animi miserata repressit.
Labitur alta secans estu: fluctuq; secundo:
Et patris antiquã daum defertur ad vrbem.
At iouis interea monitis mezentius ardens
Succedit pugne: teucrosq; inuadit ouantes.
Concurrunt tirrbene acies: atq; omnibus vni:
Uni odijsq; viro: telisq; frequẽtibus instant:
Ille velut rupes: vastum que prodit in equor:
Obuia ventorum furijs: expostaq; ponto
Uim cunctam: atq; minas pfert: celiq; marisq;
Ipsa immota manẽs: prolem dolicaonis hebrum
Sternit bumi: cũ quo latagũ: palmũq; fugacem:
Sed latagũ saxo: atq; ingenti fragmine montis
Occupat os: faciemq; aduersam poplite palmum
Succiso volui segnem sinit: armaq; lauso
Donat habere bumeris: et vertice figere cristas:
Aecnon euantem phrigium: paridisq; minanta
Eqnalem comitemq; vna quẽ nocte theano
In lucem genitori amico dedit: et face pregnans
Cisseis regina parin creat vrbe paterna

Liber Decimus.

Occupat ignarum laurens habet ora minanta

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper: multos vesulus quē pinifer annos
Defendit: multoſue palus laurentia ſilua
Paſtus arundinea: poſtq̄ inter retia ventum eſt
Subſtitit: infremuitq̄ ferox: et inhorruit armos
Nec cuiq̄ irasci propius vel accedere virtus
Sed iaculis: tutiſq̄ procul clamoribus inſtant.
Hand aliter iuſte quibus eſt mezentius ire
Non vlli eſt animus ſtricto cōcurrere ferro
Miſſibus longe: et vaſto clamore laceſſunt.
Ille autem pauidus ptes cunctatur in omnes
Dentibus infrendens: et tergo decutit haſtas.
Uenerat antiquis corithi de finibus acron
Graius hō infectos linquēs profugus himeneos
Hunc vbi miſcentem longe media agmina vidit
Purpureum pennis: et pacte cōiugis oſtro:
Impaſtus ſtabula alta leo: ceu ſepe peragrans
Suadet ēm vesana fames: ſi forte fugacem
Cōſpexit capream: aut ſurgentē in cornua ceruum
Gaudet hyans immane: comaſq̄ erexit: et heret
Uiſceribus ſup accumbens lauit improba teter

Dra cruor.

Sic ruit in denſos alacer mezentius hoſtes

Sternitur infelix acron: et calcibus atram

Tondit humũ exp̃irans: infractaq; tela cruentat

Atq; idem fugientem haud eſt dignatus orodem

Sternere: nec iacta cecum dara cuſpide vulnus

Obuius: aduerſoq; occurrit: ſecq; viro vir

Contulit haud furto melior: ſed fortibus armis

Tum ſup abiectum poſito pede nixus et haſta

Pars belli haud temnẽda viris iacet altus orodes

Conclamant ſocij letum peana ſecuti

Ille autem exp̃irans non me quicũq; es inulto

Victor: nec longum letabere: te quoq; fata

Proſpectant paria atq; eadem mox arua tenebis

Ad quem ſbridens mixta mezentius ira

Nũc morere: aſt de me diuũ pater atq; hominũ rex

Uiderit: hoc dicens eduxit corpore telum.

Olli dura quies oculos: et ferreus vrget

Somnus: in eternam clauduntur lumina noctem

Ledicus alcathoum obtruncat: ſacrator bidaſpẽ

Parteniumq; rapor: et prędurum viribus orſen:

Deſapus doniumq; licaoniumq; cricatem

Liber Decimus.

Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem
Hunc peditem pedes: et licius processerat argis
Quē tamen haud expers valerus virtutis auite
Deiecit: atronium salius: saliumq; nealces
Insignis iaculo: et longe fallente sagitta.
Iam grauis equabat luctus: et mutua mauors
Funera: cedebant pariter pariterq; rucbant
Victores victiq; neq; his fuga nota neq; illis
Dij iouis in tectis iram miserantur inanem
Amborum: et tantos mortalibus esse labores:
Hinc venus: hinc cōtra spectat saturnia iuno.
Pallida tysiphone media inter millia seuit:
At vero ingentem quatiens mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo quā magnus orion:
Cum pedes incedit medij per maxima nerei
Stagna: viā scindēs humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum
Ingrediturq; solo: et caput inter nubila condit
Talis se vastis infert mezentius armis.
Hinc cōtra eneas speculatus in agmine longo
Obuius ire parat: manet imperterritus ille
Hostem magnanimum operiens: et mole sua stat

Atq; oculis spaciū emensus quātum satis baste:
Dextra mihi deus: et telum quod missile libro
Nunc adsint: vouco predonis corpore raptis
Indutum spoliis ipsum te lause trophcum:
Ence dixit: stridentemq; eminus bastam
Jecit: at illa volans clipeo est excussa: proculq;
Egregium anthorem latus inter et ilia figit:
Herculis anthorem comitem: qui missus ab argis
Heserat euandro: atq; itala consederat vrbe:
Sternitur infelix alieno vulnere: celumq;
Aspicit: et dulces moriens reminiscitur argos.
Tum pius eneas bastam iacit: illa per orbem
Aere cauum triplici: per linea terga: tribusq;
Transijt intextum tauris opus: imaq; sedit
Inguine: sed vires haud pertulit: ocius ensem
Eneas viso tyrrheni sanguine letus
Eripit a femine: et trepidanti feruidus instat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore
Ut vidit lausus: lachrimeq; per ora volute
Vic mortis dure casum: tuaq; optima facta
(Siqua fidem tanto est operi latura vetustas)
Non equidem nec te iuuenis memorande silebo.

Liber Decimus.

Ille pedem referens: et inutilis inque ligatus
Cedebat clipeoq; inimicum hastile trahebat:
Prorupit iuuenis: seseq; immiscuit armis
Iamq; assurgentis dextre plagamq; ferentis
Enee subijt mucronem: ipsumq; morando
Sustinuit: socij magno clamore sequuntur.
Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaq; conijciunt: proturbant eminus hostem
Missilibus: furit eneas: tectusq; tenet se:
Ac velut effusa si quando grandine nymbi
Precipitans: omnis campis diffugit arator:
Omnis et agricola: et tuta latet arce viator:
Aut amnis ripis: aut alti fornice saxi:
Dum pluit in terris: vt possit sole reducto
Exercere diem: sic obrutus vndiq; telis
Eneas nubem belli dum detinet: omnes
Sustinet: et lausum increpitat: lausoq; minatur.
Quo morituree ruis: magorumq; viribus audes.
Fallit te incautum pietas tua: nec minus ille
Exultat demens: seue iamq; altius ire
Dardanio surgunt ductori: extremaq; lauso
Parce fila legunt: validum namq; exigit ensem

Per medium eneas iuuenem: totumq; recondit
Transijt: et parmã mucro leuia arma minacis
Et tunicam molli mater quam neuerat auro:
Impleuitq; sinum sanguis: tum vita per auras
Concessit mesta ad manes: corpusq; reliquit.
At vero vt vultum vidit morientis et ora
Ora modis anchisiades pallentia miris:
Ingemuit miserans grauiter dextramq; tetendit
Et mentem patrie subijt pietatis imago:
Quid tibi nunc miserande puer pro laudibus istis?
Quid pius eneas tanta dabit indole dignum
Arma quibus letatus habe tua: teq; parentum
Manibus et cineri: si qua est ea cura remitto:
Hoc tamen infelix miserã solabere mortem
Enee magni dextra cadis increpat vltro
Cunctantes socios: et terra subleuat ipsum
Sanguine turpantẽ comptos de more capillos.
Interea genitor tyberini ad fluminis vndam
Vulnera siccabat lymphis: corpusq; leuabat
Arborib⁹ accliuis trunco procul erea ramis
Dependet galea: et prato grauia arma quiescunt:
Stant lecti circum iuuenes: ipse eger anbelans

Liber Decimus

Colla fouet: fusus perpetram in pectore barbam
Multa sup lauso rogitat: multosq; remittit
Qui reuocent: mestiq; ferant mandata parentis
At lausum socij exanimem sup arma ferebant
Flentes ingentem: atq; ingenti vulnere victum
Agnouit longe gemitum presaga mali mens
Caniciem multo deformat puluere: et ambas
Ad celum tendit palmas: et corpe inberet.
Tanta ne me tenuit viuendi nate voluntas:
Ut pro me hostili paterer succedere dextre
Quē genui: tua ne bec genitor p vulnera seruo:
Morte tua viuens: heu nunc misero mihi demū
Exilium infelix: nunc alte vulnus adactum:
Idem ego nate tuū maculaui crimine nomen
Pulsus ob inuidiam solio: sceptrisq; paternis
Debueram patrie penas odijsq; meorum
Omnes p mortes animā sontem ipse dedissem
Nunc viuo: nec adhuc homines lucemq; reliquo:
Sed linquā: simul hoc dicēs attollit in egrum
Se femur: et quāquam vis alto vulnere tardat
Haud deiectus equum duci iubet: hoc decus illi
Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat.

Omnibus:alloquitur merentem et talibus infit:

O Rhebe diu: res siqua diu mortalibus vlla est

Uicimus:aut hodie victor spolia illa cruenta

Et caput enee referes:lausicz dolorum

Ultor eris mecũ:aut aperit si nulla viam vis

Occũbes pariter:neqz eẽ fortissime credo

Jussa aliena pati:et dominos dignabere teucros

Dixit:et exceptus tergo assueta locauit

Membra:manusqz ambas iaculis onerauit acutis

Aere caput fulgens:cristaqz byrsurtus equina

Sic cursum in medios rapidus dedit:estuat ingẽs

Jmo in corde pudor mixtoqz insania luctu:

Et furijs agitatus amor:et conscia virtus:

Atqz hic enean magna ter voce vocauit.

Eneas agnouit eum:letusqz precatur.

Sic pater ille deum faciat sic altus apollo

Incipias conferre manum.

Tantum effatus:et infesta subit obius hasta:

Ille autem:quid me erepto seuissime nato

Terres:hec via sola fuit:qua perdere posses

Nec mortem horremus:nec diuũ parcimus vlli:

Desine iam venio moriturus:et hec tibi porro

Dona prius: dixit: telumq; intorsit in hostem/
Inde aliud sup: atq; aliud fugitq; volatq;
Ingenti giro: sed sustinet aureus vmbo
Ter circum astantem leuos equitauit in orbes
Tela manu iaciens: ter secum troius heros
Immanem erato circūfert tegmine siluam:
Inde vbi tot traxisse moras: tot spicula tedet/
Uellere et vrgetur: pugna congressus iniqua.
Multa mouens aio iam tandem erumpit et inter.
Bellatoris equi cauā tempora conijcit hastam:
Tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
Uerberat: effusumq; equitem sup ipse secutus
Implicat: eiectoq; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt celum troesq; latinicq;
Aduolat eneas: vaginaq; eripit ensem:
Et super hec vbi nunc mezentius acer?
Et illa effera vis animi: cōtra tyrrhenus et auras
Suspiciens hausit celum: mentemq; recepit
Hostis amare q̄d increpitas: mortemq; minaris
Nullum in cede nephas: nec sic ad prelia veni/
Nec tecū meus hec pepigit mihi federa lausus

Unum hoc p̄ siqua est victis venia hostibus oro
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum
Circūstare odia: hunc oro defende furorem
Et me cōsortem nati cōcede sepulchro.
Hec loquitur: iugulogz haud insciꝰ accipit ensem
Undantigz animam diffundit in arma cruore.

Descriptio Undecimi Libri.

Adecimo victa est non equo marte camilla
Cōstituit marti spoliogz ex hoste tropheum.
Exanimumgz patri natum palanta remittit
Jura sepulture tribuit tempusgz latinis
Euandet patrios affectus edit in orbe.
Corpora cesa virum passim digesta cremantur.
Legati referunt diomedem arma negasse:
Drances et turnus leges equāte latino
Concurrunt dictis: eneas immineꝰ vrbi.
Pugnatur: vincunt troes: cadit acta camilla:
Deinde decus castris: donec cessere minantur.

Publij Virgilij Maronis Eneidos. Liber Undecimus.

Liber Vndecimus

Oceanū interea surgens aurora reliquit
Eneas quāq; et socijs dare tps humādis
Precipitāt cure: turbataq; funere mēs est.
Vota deum primo victor soluebat eoo:
Ingentem quercum decisis vndiq; ramis
Constituit tumulo: fulgentiaq; induit arma:
Mezenti ducis exuuias tibi magne trophcum
Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas
Telaq; trunca viri et bis sex thoraca petitum
Per fossum locis: clipeumq; ex ere sinistre
Subligat: atq; ensem collo suspendit eburnum
Tum socios namq; omnis eum stipata tegebat
Turba ducum sic incipiens hortatur ouantes:
Maxima res effecta viri: timor omnis abesto
Quod superest hec sunt spolia et de rege superbo
Primicie: manibusq; meis mezentius hic est:
Nunc iter ad regem nobis murosq; latinos:
Arma parate animis: et spe presumite bellum
Aequa mora ignaros (vbi primum vellere signa
Anuuerint superi: pubemq; educere castris)
Impediat: segnesq; metus sententia tardet
Interea socios inhumataq; corpora terre

Mãdemus: qui solus bonos acheronte sub imo est
Ire ait egregias animas que sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo: decorate supremis
Muneribus: mestamq; euandri primus ad vrbem
Mittatur pallas: quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies: et funere mersit acerbo.
Sic ait illachrimas: recipitq; ad limina gressum
Corpus vbi exanimi positum pallantis acetes
Seruabat senior: qui parrhasio euandro
Armiger ante fuit: sed non felicibus eque
Tum comes auspicijs: charo datus ibat alumno
Circũ omnis famulũq; manus troianaq; turba
Et mestum iliades crinem de more solute
Ut vero eneas foribus sese intulit altis:
Ingentem gemitum tumsis ad sydera tollunt
Pectoribus: mestoq; immugit regia luctu.
Ipse caput niuei fultum pallantis et ora
Ut vidit: leuiq; patens in pectore vulnus
Cuspidis ausonie lachrimis ita fatur obortis
Te ne inquit miserande puer cum leta veniret
Innidit fortuna mibi: ne regna videres
Nostra: nec ad sedes: victor veherere paternas

Liber Vndecimus.

Non hec quando de te promissa parenti
Discedens dederam: cum me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium: metuesq; moneret
Acres esse viros: cum dura prelia gente
Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors et vota facit: cumulatq; altaria donis.
Nos iuuenem exanimum: et nil iam celestibus vllis
Debentem vano mesti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis
Vi nostri reditus: expectatiq; triumphi.
Nec mea magna fides: at no quando pudendis
Vulneribus pulsum aspicies: nec sospite dirum
Optabis nato funus pater: hei mihi quatum
Presidium ausonia: et quatum tu perdis iule.
Hec vbi defleuit tolli miserabile corpus
Imperat: et toto lectos ex agmine mittit
Mille viros: qui supremum comitentur honorem
Intersintq; patris lachrimis solacia luctus
Exigua ingentis: misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates: et molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis: et vimine querno
Extructosq; thoros obtentu frondis obumbrant

Hic iuuenem agresti sublimẽ stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem:
Seu mollis violæ: seu languentis hiacinthi:
Cui neq; fulgor adhuc: necdum sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus: viresq; ministrat:
Tum geminas vestes ostroq; auroq; rigentes
Extulit eneas: quas illi leta laborum
Ipsa suis manibus quondam sydonia dido
Fecerat: et tenui telas discreuerat auro:
Harum vnam iuueni supremũ mestus honorem
Induit: arsurasq; comas obnubit amictu
Multaq; preterea laurentis premia pugne
Aggerat: et longo predam iubet ordine duci.
Addidit equos et tela quibus spoliauerat hostem:
Vinxerat et post terga manus quos mittere vmbris
Inferias: cesso sparsuros sanguine flammam
Inductosq; iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces inimica nomina figi
Ducitur infelix cuo confectus aceres
Pectora nũc fedans pugnis nũc vnguibus ora
Sternitur: et toto proiectus corpore terre
Ducunt et rutulo perfusos sanguine currus.

Liber Vndecimus.

Post bellator equus positis insignibus ethon
Ithlachrimans: guttisq; humectat grandibus ora
Hastam alij galeamq; ferunt: nam cetera turnus
Victor habet: tū mesta phalanx tencriq; sequūtur
Tyrrbeniq; duces et versis arcades armis:
Postq; omnis longe comitum precesserat ordo:
Substitit eneas: gemituq; hec addit alto.
Hos alias hinc ad lachrimas eadē horrida bella
Fata vocāt: salue eternum mihi maxima palla:
Eternumq; vale: nec plura effatus: ad altos
Tendebat muros: gressumq; in castra ferebat.
Iamq; oratores aderant ex vrbe latina
Velati ramis olee: veniamq; rogantes
Corpora per campos ferro quē fusa iacebant
Redderet: ac tumulo sineret succedere terre
Nullum cum victis certamen: et ethere cassis
Parceret hospitibus quondam socijsq; vocantis.
Quos bonus eneas haud aspernanda precantes
Prosequitur venia: et verbis hec insup addit.
Quenam vos tanto fortuna indigna latini
Implicuit bello: qui nos fugiatis amicos
Pacem ne exanimis et martis sorte peremptis

Eneidos

Oratis: equidem et viuis concedere vellem:
Nec veni ni fata locum: sedemq; dedissent
Nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit
Hospicia: et turni potius se credidit armis.
Equius huic torno fuerat se opponere morti:
Si bellum finire manu: si pellere teucros
Apparat: hic decuit mecum cōcurrere telis.
Ulixet cui vitam deus aut sua dextra dedisset:
Nunc ite: et miseris supponite ciuibus ignem:
Dixerat eneas: olli obstupuere silentes
Conuersiq; oculos inter se: atq; ora tenebant
Tum senior semperq; odijs: et crimine drances
Infensus iuueni turno: sic ore vicissim
Orsa refert: o fama ingens: ingentior armis
Uir troiane: quibus celo te laudibus equem.
Justicie ne prius mirer belli ne laborum.
Nos vero hec patriam grati referemus ad vrbem.
Et te siqua viam dederit fortuna latino
Jungemus regi: querit sibi federa turnus.
Quin et fatales murorum attollere moles
Saxaq; subnectare humeris troiana iuuabit.
Dixerat hec vnoq; omnes eadem ore fremebant.

Liber Vndecimus.

Bis senos pepigere dies: et pace sequestra
Per siluas teucri mixtimq; impune latini
Errauere iugis: ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad sydera pinus:
Roborat: nec cuneis et olentem scindere cedrum
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos
Et iam fama volans tanti prenuncia luctus
Euandrum euandriq; domos: et menia replet
Que modo victorem latio pallanta ferebat
Arcades ad portas ruere: et de more vetusto
Funereas rapuere faces: lucet via longo
Ordine flammarum: et late discriminat agros.
Cõtra turba phrygum veniens plangentia iungit
Agmina: que postq; matres succedere tecto
Viderunt: mestam incendunt clamoribus vrbem
At non euandrum potis est vis vlla tenere
Sed venit in medios: feretro pallanta reposto
Procubuit supratq; heret lachrimãsq; gemẽsq;
Et via vix tandem voci laxata dolore est.
Non hec o palla dederas promissa parenti
Cautius vt seuo velles te credere marti.
Haud ignarus crã quãtum noua gloria in armis.

Et predulce decus primo certamine possit
Primitie iuuenis miserę: belliq; propinqui
Dura rudimenta: et nulli exaudita deorum
Uota precesq; meę: tuq; o sanctissima coniunx
Felix morte tua: neq; in hunc seruata dolorem
Contra ego viuendo vici mea fata superstes
Restarem vt genitor troum socia arma secutum
Obruerent rutuli telis: animam ipse dedissem
Atq; hec pompa domū me: non pallanta referret
Hec vos arguerim teucri: nec federa: nec quas
Iuntimus hospitio dextras: sors ista senecte
Debita erat nostre: quod si immatura manebat
Mors natum: cesis volscorum millibus ante
Ducentem in latium teucros cecidisse iuuabit
Quin ego non alio digner te funere palla
Quam pius eneas: et q̄ magni phryges: et q̄
Tyrrheniq; duces tyrrhenum exercitus omnis
Magna trophea ferū: quos dat tua dextera leto
Tu quoq; nūc stares immanis truncus in armis
Esset par etas: et idem si robur ab annis
Turne: sed infelix teucros quid demoror: armis
Uadite: et hec memores regi mandata referte.

Liber Vndecimus.

Quod vitam mozoz inuisam pallante peremptο
Dextera causa tua est: turnum natoqz patriqz
Quã debere vides: meritis vacat hic tibi solus

Fortunecqz locus: non vite gaudia quero
Nec fas: sed nato manes pferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem: referens operaqz laboꝛes
Jam pater eneas iam curuo in littoꝛe tarchon
Constituere piras huc coꝛpoꝛa quisqz suoꝛum
Moꝛe tulere patrum: subiectisqz ignibus atris
Conditur in tenebꝛas altum caligine celum.
Ter circũ accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos: et mestum funeris ignem
Lustrauere in equis: vlulatuqz oꝛe dedere.
Spargit et tellus lachrimis: sparguntur et arma.
Jt celo clamoꝛqz virum clangoꝛqz tubarum.
Hinc alij spolia occisis direpta latinis
Conijciunt igni galeas enseqz decoꝛos:
Frenaqz freuentesqz rotas: pars munera notã
Jpsoꝛum clipeos: et non felicia tela
Multa boum circa mactentur coꝛpoꝛa morti:
Setigeroqz sues: raptaqz ex omnibus agris

Inflammam iugulant pecudes:tum littore toto
Ardentes spectant socios:semustaq; seruant
Busta:neq; auelli possunt:nox humida donec
Inuertit celum stellis ardentibus aptum.
Nec minus et miseri diuersa in pte latini
Innumeras struxere pias:et corpora partim.
Multa virum terre infodiunt:auectaq; partim.
Finitimos tollunt in agros:vbiq; remittunt
Cetera:cõfuseq; ingentem cedis acernum
Nec numero nec honore cremãt:tunc vndiq; vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam celo dimouerat vmbram.
Merentes altum cinerem:et confusa ruebant
Ossa focis:tepidoq; onerabant aggere terre.
Jam vero in tectis prediuitis vrbe latini
Precipuus fragor et longe ps maxima luctus:
Hic matres miserecq; nurus:hic cara sororum
Pectora merentum puriq; parentibus orbi
Dirum execrantur bellum turnriq;:himeneos.
Ipsum armis:ipsumq; iubent decernere ferro
Qui regnũ italie:et primos sibi poscat honores.
Ingrauat hec seuus drances solumq; vocari

Liber Vndecimus.

Testatur: solum posci in certamina turnum
Multa simul contra varijs sententia dictis
Pro turno: et magnũ regine nomen obumbrat
Multa virum meritis sustentat fama tropheis.
Dos inter motus medio flagrante tumultu:
Ecce sup mesti magna diomedis ab vrbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tanto; impensis operum: nil dona neq; aurum
Nec magnas valuisse preces: alia arma latinis
Querenda: aut pacem troiano ab rege petendam
Deficit ingenti luctu rex ipse latinus:
Fatalem eneam manifesto numine ferri
Admonet ira deum: tumuliq; ante ora recentes
Ergo consilium magnum: primosq; suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit:
Olli cõuenere: fluuntq; ad regia plenis
Tecta vijs: sedet in medijs rex maximus euo
Et primus sceptris haud leto fronte latinus
Atq; hic legatos etola ex vrbe remissos
Que referant fari iubet: et responsa reposcit
Ordine cuncta suo: tum facta silentia linguis.
Et venulus dicto parens ita farier infit.

Eneidos

Vidimus o ciues diomedem argiuaq; castra:
Atq; iter emensi casus superauimus omnes
Contigimusq; manum qua concidit ilia tellus
Ille vrbem argiripam patrie cognomine gentis
Victor gargani condebat iapigis agris:
Postq; introgressi et coram data copia fandi:
Munera preferimus: nomē patriamq; docemus
Qui bellū intulerint: que causa attraxerit arpos
Auditis ille hec placido sic reddidit ore.
O fortunate gentes saturnia regna.
Antiqui ausonij: que vos fortuna quietos
Sollicitat: suadetq; ignota lacessere bella.
Quicūq; iliacos ferro violauimus agros
Ditto eā que muris bellando exhausta sub altis
Quos symois premat ille viros infanda p orbem
Supplicia: et scelerū penas expendimus omnes:
Vel priamo miseranda manus scit triste minerue
Sidus: et cuboice cautes: vltorq; caphareus.
Dilicia ex illa diuersum ad littus abacti
Atrides protei menelaus aduſq; columnas
Exulat: etneos vidit ciclopas vltres:
Regna neoptolemi referam versoſq; penates

Liber Vndecimus

Idomeneiliby coue habitantes littore locros.
Ipse miceneus magnorum ductor achiuum
Coniugis infande prima intra limina dextra
Oppetijt:deuicta asia subsedit adulter:
Inuidisse deos patrijs vt redditus oris
Coniugiū optatū:et pulchram calidona viderem:
Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur/
Et socij amissi petierunt ethera pennis:
Fluminibusq; vagantur aues:heu dira meorum
Supplicia:et scopulos lachrimosis vocibus implent
Hec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore:cum ferro celestia corpora demens
Appetijt:et veneris violaui vulnere dextram
Ne vero ne me ad tales impellite pugnas
Nec mihi cum teucris vllum post eruta bellum
Pergama:nec veterū memini letor ve malorum
Munera:quē patrijs ad me portastis ab oris
Uertite ad eneam:stetimus tela aspera contra
Contulimusq; manus:experto credite quantus
In clipeum assurgat:quo turbine torqueat hastam
Si duo preterea tales idea tulisset
Terra viros:vltro in achaias venisset aduibes

Dardanus: et versis lugeret grecia fatis:
Quicquid apud dure cessatum est menia troie
Hectoris enee q manu: victoria graium:
Hesit: et in decimum vestiga rettulit annum:
Ambo animis: ambo insignes prestãtibus armis:
Hic pietate prior: cocant in federa dextre
Qua datur ast armis cõcurrant arma cauete:
Et responsa simul que sint rex optime regum
Audisti: et que sit magno sententia bello:
Uix ea legati: variusq; per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
Quum raptos amnes fit clauso gurgite murmur
Uicineq; fremunt ripe crepitantibus vndis:
Ut primũ placati animi: et trepida ora quierunt:
Prefatus diuus solio rex infit ab alto
Ante equidem summa de re statuisse latini
Et velle: et melius fuerat non tempore tali
Cogere cõcilium: cum muros obsidet hostis:
Bellum inportunum ciues cum gente deorum
Inuictiq; viris gerimus: quos nulla fatigat
Prelia: nec victi possunt absistere ferro:
Spem si quã accitis etbolum habuistis in armis

Liber Vndecimus.

Ponite: spes sibi quisq; : sz hec quã angusta videtis
Cetera qua rerum iaceant perculsa ruina
Ante oculos: interq; manus sunt omnia vestras;
Hec quẽquam incuso potuit que plurima virtus
Esse fuit: toto certatum est corpore regni
Hunc adeo que sit dubie sententia menti
Expediam: et paucis animos adhibere docebo.
Est antiquus ager tusco mihi proximus amni
Longos in occasum fines super vsq; sicanos
Aruncique rutuliq; serunt: et vomere duros
Exercent colles atq; horum asperrima pascunt
Hec omnis regio: et celsi plaga pinea montis
Cedat amicicie teucrorum: et federis equas
Dicamus leges: socioscq; in regna vocemus
Cõsidant si tantus amor et menia condant:
Sin alios fines: aliamq; capescere gentem
Est animus: possuntq; solo decedere nostro
Bis denas italo texamus robore naues.
Seu plures cõplere valent iacet omnis ad vndã
Materies: ipsi numerumq; modumq; carinis
Precipiant: nos cera: manus: nautalia demus.
Preterea qui dicta ferant: et federa firment

Eneidos

Centum oratores prima de gente latinos
Ire placet: pacisq; manu pretendere ramos
Munera portantes: auriq; eboriq; talenta
Et sellam regni trabeamq; insignia nostri
Consulite in medium: et rebus succurrite fessis
Tum drances idem infensus: quē gloria turni
Obliqua inuidia stimulisq; agitabat amaris
Largus opum: et lingua melior: sed frigida bello
Dextera: consilijs habitus non futilis auctor
Seditione potēs: genus huic materna supbum
Nobilitas dabat: incertum de pte ferebat
Surgit: et his onerat dictis: atq; aggerat iras
Rem nulli obscuram nec nostre vocis egentem
Consulis o bone rex: cunctiq; se scire fatentur:
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant
Det libertatem fandi: flatusq; remittat
Cuius ob auspiciū infaustum moresq; siniſtros
Dicā equidem: licet arma mihi mortemq; minetur
Lumina tot cecidisse ducum: totamq; videmus
Consedisse vrbem luctu: tum troia tentat
Castra: fuge fidens: et celum territat armis
Unum etiam donis istis: que plurima mitti

Liber Vndecimus.

Dardanidis ducisq; iubes vnum optime regum
Addictias nec te vllius violentia vincat:
Quin nata egregio genero: dignisq; hymeneis
Des pater: et pacem hanc eterno federe iungas.
Quod si tantus habet mentes et pectora terror
Ipsum obtestemur: veniamq; oremus ab ipso
Cedat ius prium regi: patrieq; remittat:
Quid miseros totiens in aperta pericula ciues
Proscis latio capit: borum et causa malorum?
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes
Turne: simul pacis solum in violabile pignus:
Primus ego inuisum quē tu tibi fingis et esse
Ah mozor en supplex venio: miserere tuorum
Pone animos: et pulsus abi: sat funera fusi
Vidimus ingentes et desolauimus agros:
Aut si fama mouet: si tantum pectore robur
Concipis: et si adeo dotalis regia cordi est
Audetatq; aduersum fidens fer pectus in hostem:
Scilicet vt turno cōtingat regia cōiunx:
Nos animę viles inhumata inflectaq; turba
Sternamur campis etiam (tu si qua tibi vis est
Si patrij quid martis habes) illum aspice cōtra

IOHANNES VELLNBGI-VS

Eneidos

Qui vocat.

Talibus exarsit dictis violentia turni

Dat gemitum: trumpitq; has imo pectore voces

Larga quidem semp drances tibi copia fandi

Tum cū bella manus poscūt: patribusq; vocatis

Primus ades: sed non replenda est curia verbis

Que tuto tibi magna volant: dum detinet hostem

Agger murorum: nec inundant sanguine fosse.

Proinde tona eloquio solitum tibi meq; timoris

Argue tu drances: quando tot stragis aceruos

Teucroꝝ tua dextra dedit passimq; tropheis

Insignis agros: possit quid vidia virtus

Experiare licet: nec longe scilicet hostes

Querendi nobis: circūstant vndiq; muros.

Imus in aduersos: quid cessas: an tibi mauors

Uentosa in lingua: pedibusq; fugacibus istis

Semper erit.

Pulsus ego: baut quisquā merito fedissime pulsum

Arguet: illiaca tumidum qui crescere thibrim

Sanguine: et euandri totam cum stirpe videbit

Procubuisse domūq; atq; exustos arcades armis

Haud ita me experti bitias et pandarus ingens

Liber Vndecimus.

Et quos mille die victor sub tartara misi
Inclusus muris: hostilicz aggere septus:
Nulla salus bello: capiti cane talia demens
Dardanio rebusqz tuis prōinde omnia magno
Ne cessa turbare metu: atqz extollere vires
Gentis bis victe et contra premere arma latini:
Nūc et mirmidonū pceres phrigia arma tremiscūt
Nunc et tytides: et lariſſeus achilles:
Amuis et adriacas retro fugit aufidus vndas:
Uel cum se pauidum cōtra mea iurgia fingit
Artificis scelus: et formidine crimen acerbat
Nunquā animā talem dextra bac absiste moueri
Amittes: habitet tecum: et sit pectore in isto
Nunc ad te: et tua magne pater cōsulta reuerto:
Si nullam nostris vltra spem ponis in armis
Si tam deserti sumus: et semel agmine verso
Fūditus occidimus: neqz habet fortuna regressum
Oremus pacem: et dextras tendamus inermes:
Quāqz o si solite qnicqnā virtutis adesset:
Ille mihi ante alios fortunatusqz laborum
Egregiusqz animi: qui ne quid tale videret
Procubuit moriens: et humū semel ore momordit:

Sin et opes nobis: et adhuc intacta iuuentus:
Auxilioq; vrbes italę populiq; supersunt:
Sin et troianis cum multo gloria venit
Sanguine: sunt illis sua fata: parq; per omnes
Tempestas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubã tremor occupat artus:
Multa dies variusq; labor: mutabilis ęui
Retulit in melius: multos alterna reuisens
Lusit: et in solidô rursus fortuna locauit:
Non erit auxilio nobis etholus et arpi?
At mesapus erit: felixq; tolumnius: et quos
Tot populi misere duces: nec parua sequetur
Gloria delectos latio et laurentibus agris:
Est et volscorum egregia de gente camilla
Agmen agens equitum: et florentes ere catervas:
Quod si me solum teucri in certamina poscunt:
Idq; placet: tantumq; bonis cõmunibus obsto
Non adeo has exosa manus victoria fugit:
Ut tanta quicquã pro spe tentare recusem:
Ibo animis cõtra: vel magnum prestet achillem
Factaq; vulcani manibus paria induat arma
Illi licet vobis animam hanc soceroq; latino

Liber Vndecimus.

Turnus ego haud vlli veterum virtute secundus

Deuoueo:solum eneas vocat:et vocet oro

Hec drances/siue est hec ira deorum

Morte luat:siue est virtus et gloria:tollat.

Illi hec inter se dubijs de rebus agebant

Certantes:castra eneas aciemq; mouebat

Nuncius ingenti per regia tecta tumultu

Ecce ruit:magnisq; vrbem terroribus implet

Instructos acie tyberino a flumine teucros

Tyrrbenamq; manu totis descendere campis

Extemplo turbati animi:cõcussaq; vulgi

Pectora:et arrecte stimulis haud mollibus ire:

Arma manu trepidi poscũt fremit arma iuuentus

Flent mesti/mussantq; patres:hic vndiq; clamor

Dissensu vario magnus se tollit in auras.

Haud secus/atq; alto in luco cũ forte caterue

Consedere auium:piscosue amne paduse

Dant sonitum rauci per stagna loquatia cigni.

Immo ait o ciues arepto tempore turnus

Cogite cõcilium:et pacem laudate sedentes:

Illi armis in regna ruunt:nec plura locutus.

Corripuit se:et tectis citus extulit altis:

Eneidos

Tu volsce armari volscorum edice maniplis:
Duc ait: et rutulos equites mesapus in armis
Et cum fratre coras latis diffundite campis:
Pars aditus vrbis firment turresq capessant
Letera qua iusso mecum manus inferat arma:
Jlicet in muros tota discurritur vrbe:
Conciliu ipse pater: et magna incepta latinus
Deserit: ac tristi turbatus pectore differt
Vultaq se incusat qui non acciperit vltro
Dardanium eneam: generumq asciuerit vbi:
Prefodiunt alij portas: aut saxa sudesq
Subijciunt bello dat signum rauca cruentum
Buccina: tum muros varia cinxere corona.
Matrone puerique: vocat labor vltimus omnes
Nec no ad templu: summasq ad palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua
Dona ferens: iuxtaq comes lauinia virgo
Causa mali tantiq oculos deiecta decoros:
Succedunt matres: et templum thure vaporant
Et mestas alto fundunt de limine voces
Armipotens belli presens tritonia virgo
Frange manu telum phrygij predonis: et ipsum

Liber Vndecimus.

Pronum sterne solo: portisq; effunde sub altis
Lingitur ipse furens certatim in prelia turnus.
Jamq; adeo rutulum thoracа indutus abenis
Horrebat squamis: surasq; incluserat auro.
Tempora nudus adhuc latericq; accinxerat ensem.
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce
Exultatq; animis: et spe iam precipit hostem
Qualis vbi abruptis fugit presepia vinclis
Tandem liber equus: campoq; potitus aperto
Aut ille in pastus armentaq; tendit equorum
Aut assuetus aque perfundi flumine noto
Emicat: arrectisq; fremit cervicibus alte
Luxurians: ludunt q; iube per colla per armos
Obuia cui volscorum acie comitante camilla
Occurrit: portisq; ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis: tum talia fatur
Turne sui merito siqua est fiducia forti
Audeo: et eneadum promitto occurre turme
Solaq; tyrrhenos equites ire obuia contra:
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste et menia serua.

Turnus ad hec oculos horrenda in virgine fixus
O decus italie virgo quas dicere grates:
Quas vereferre parem sed nunc est oia quando
Iste animus supra mecum partire laborem
Eneas vt fama fidem missiq; reportant
Exploratores equitum leuia improbus arma
Premisit: quaterēt campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo superans aduentat ad vrbem
Furta paro belli cōuexo in tramite silue
Ut biuias armato obsidam milite fauces.
Tyrrhenumq; equitum collatis excipe signis
Tecum acer mesapus erit: turmeq; latine
Tyburtiq; manus ducis et tu cōcipe curam.
Sic ait: et paribus mesapum in prelia dictis
Hortatur socioscq; duces: et pergit in hostem:
Est curuo amfractu valles accōmoda fraudi
Armorūq; dolis: quē densis frondibus atrum
Urget vtrumq; latus: tenuis quo semita ducit:
Angusteq; ferunt fauces: aditusq; maligni
Hanc sup in speculis summoq; in vertice montis
Planicies ignota iacet: tutiq; receptus
Seu dextra leuaq; velis occurrere pugne

Liber Vndecimus.

Siue instare iugis: et grandia voluere saxa
Huc iuuenis nota fertur regione viarum
Arripuitq; locum: et siluis insedet iniquis.
Uelocem interea superis in sedibus opim
Unam ex virginibus socijs: sacraq; caterua
Compellabat: et has tristes latonia voces
Ore dabat: graditur bellum ad crudele camilla
O virgo: et nostris ne quicquam cingitur armis
Chara mihi ante alias: nec eim nouus iste diane
Uenit amor: subitaq; animū dulcedine mouit
Pulsus ob inuidiam regno viresq; superbas
Priuerno antiqua metabus: cum excederet vrbe
Infantem fugiens media inter prelia belli
Subtulit exilio: comitem matrisq; vocauit
Nomine casmille mutata parte camillam.
Ipse sinu pre se portans iuga longa petebat
Solos nemorum: tela vndiq; seua premebant.
Et circūfuso volitabant milite volsci.
Ecce fuge medio summis amasenus abundans
Spumabat ripis tantus se nubibus imber
Ruperat ille innare parans infantis amore
Tardatur: charoq; oneri timet: omnia secum

Uersanti subito vix hec sententia sedit.
Telum immane manu valida quod forte gerebat
Bellator solidum nodis:et roboze cocto
Huic natam libzo et siluestri subere clausam
Implicat:atq; habilem medie circūligat haste
Quā dextra ingenti librans ita ad etbera fatur
Alma tibi hanc nemoz̄ cultrix latonia virgo
Ipse pater famulam fouco.tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit:accipe testor
Diua tuā que nunc dubijs cōmittitur auris
Dixit:et adducto cōtoztum hastile lacerto
Immūtit:sonuere vnde rapidum sup amnem
Infelix fugit in iaculo stridente camilla.
At metabus magna ꝓpius iam vrgente caterua
Dat sese fluuio atq; hastam cum virgine victor
Bramineo domum triuie de cespite vellit.
Non illum tectis:non velle menibus vrbes
Accepere:neq; ipse manus feritate dedissent
Pastoz̄um:et solis exigit montibus euum.
Vic natam in dumis:interq; horrentia lustra
Armentalis eque mammis:et lacte ferino
Nutribat:teneris immulgens vbera labris:

Liber Virgilij interior rostris pars vel ligni reperta
De libro Virgilij in q scribitur quia ante hoc rostra et membrane de libris erant
Columina rampinabat
Caterua grece gallice legio est et tesse Seruio Bene milium millia constituit ut ait plerumq; tamen et minus huius Hinc ratenatim dicebam et Varias ratenas scribit
De nutritione camille
Lustra ferarum habitacula in siluis a lutu quod sit lutum salamina Virgilij a q similiter fine hij q in locis abditis ac sordidis Seruius et Sentri in lustrat in lustris agere Virgilius propter q lustra Virgilius luganacia et lustrum Virgilius q3 spacium quinq; annoq; a luendo hoc est soluendo quod quinto q3 anno vectigalia et tributa soluebantur et boues lustrabant i. sanis purgabant que purgatio erat lustra Virgilius.

Liber Vndecimus.

Vtq; pedum primis infans vestigia plantis
Institerat iaculo palmas onerauit acuto
Spiculaq; ex humero parue suspendit et arcū
Pro crinali auro: pro longo tegmine palle
Tigridis exuuie per dorsum a vertice pendent
Tela manu iam tum tenera puerila tulit
Et fundam tereti circū caput egit habena:
Strimoniamq; gruem: atq; albū deiecit olorem
Multi illam frustra tyrrbena p oppida matres
Optauere nurum: sola contenta diana
Eternum tellorum et virginitatis amorem
Intemerata colit: vellem haud correpta fuisset
Militia tali conata lacessere teucros.
Chara mihi: comitumq; foret nunc vna meaꝝ
Verum age quādoquidem fatis vrgetur acerbis
Labere nympha polo: finesq; inuisa latinos
Tristis vbi infausto cōmittitur omine pugne
Hec capere et vltricem pharetra deprome sagittam
Hoc quicūq; sacrum violarit vulnere corpus
Tros italusue mihi pariter det sanguine penas
Post ego nube cava miserande corpus: et arma
Inspoliata feram tumulo patrieq; reponam.

Eneidos

Dixit: at illa leuis celi demissa per auras
Insonuit nigro circundata turbine corpus:
At manus interea muris troiana ꝓpinquat /
Hetrusciq; duces: equitumq; exercitus omnis
Cõpositi numero in turmas: fremit equore toto
Insultans sonipes: et pressis pugnat habenis
Huc obuersus: et huc tum late ferreus hastis
Horret ager: campiq; armis sublimibus ardent
Necnon mesapus contra celereſq; latini /
Et cum fratre coras et virginis ala camille /
Aduersi campo apparent: hastaſq; reductis
Portendunt longe dextris: et spicula vibrant:
Aduentuſq; virum: fremituſq; ardescit equoꝝ
Jamq; intra iactum teli progressus vterq;
Substiterat: subito erumpũt clamore furenteſq;
Exhortantur equos: fundunt simul vndiq; tela
Crebra: niuis ritu: celumq; obtexitur vmbra
Continuo aduersi: tyrrhenus et acer aconteus
Connixi incurrunt hastis: primiq; ruinam
Dãt sonitu ingenti: prefractaq; quadrupedantũ
Pectora pectoribus rumpunt: excussus aconteus
Fulminis in morem: aut tormenti ponderis acti

Liber Vndecimus.

Precipitat longe:et vitam dispersit in auras:
Extemplo turbate acies:versiq latini
Reiciunt parmas:et equos ad menia vertunt
Troes agunt:princeps turmas inuasit asillas:
Jamq; ꝓinquabant portis versiq latini
Clamorem tollunt:et mollia colla reflectunt.
Hi fugiunt:penituscq datis referuntur habenis:
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terrã:scopulosq superiacit vndam
Spumeus:extremamq sinu perfudit harenam
Hũc rapidus retrorsatq estu reuoluta resorbens
Saxa fugit/littusq vado labente relinquit.
Bis tusci rutulos egere ad menia versos/
Bis reiecti armis respectant terga tegentes
Tertia sed postquam cõgressi in prelia totas
Implicuere inter se acies:legitq virum vir.
Tũ vero et gemitus morientũ:et sanguine in alto
Armaq; corporaq; et ꝑmixti cede virorum
Semianimes voluuntur equi:pugna aspera surgit
Orsilochus(remuli quãdo ipsum borrebat adire)
Hastam intorsit equo:ferrumq sub aure reliquit
Quo sonipes ictu furit arduus altaq; iactat

Eneidos

Vulneris impatiens arrectoq; pectore crura
Voluitur ille excussus humi catillus olam
Ingentemq; animis tingentem corpore et armis
Deijcit berminium nudo cui vertice fulua
Cesaries nudiq; humeri nec vulnera terrent
Tantus in arma patet: latos huic hasta p armos
Acta tremit: duplicatq; viri transfixa dolorem
Funditur ater vbiq; cruor: dant funera ferro
Certantes: pulchramq; petunt p vulnera mortem.

At medias inter cedes exultat amazon
Unū exerta latus: pugne pharetrata camilla:
Et nunc lenta manu spargens bastilia densat:
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem
Aureus et humero sonat arcus: et arma diane
Illa etiam si quando in tergum pulsa recessit
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu:
At circūlecte comites larinaq; virgo
Tullaq; et cratam quatiens tapeia securim
Italides: quas ipsa decus sibi dia camilla
Delegit paciscq; bonę: belliq; ministras:
Quales threicie cum flumina thermodoontis
Pulsant: et pictis bellantur amazones armis

Liber Vndecimus.

Seu circũ hyppoliten: seu cum se martia curru
Penthesilea refert: magnoq; vlulante tumultu
Feminea exultant lunatis agmina peltis:
Quẽ telo primum: quẽ postremum aspera virgo
Deijcis: aut quot humi morientia corpa fundis:
Eumeum clicio primum patret cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus:
Sanguinis ille vomẽs riuos cadit: atq; cruentã
Mandit humũ: morienscq; suo se in vulnere versat:
Tum lirin pegasumq; sup quoq; alter habenas
Suffosso reuolutus equo dum colligit alter
Dum subit: ac dextram labenti tendit inermem.
Precipites pariterq; ruunt bis addit amastrum
Hippotaden sequiturq; incũbens eminus basta
Tereaq; harpalicũq; et nũcdemophonta chromiq;
Quotq; emissa manu cõtorsit spicula virgo
Tot phrygij cecidere viri procul ornitus armis.
Ignotis: et equo venator biapige fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hyatus
Et male tepere lupi: cum dentibus albis:
Agrestisq; manus armat sparus: ipse cateruis

Uertitur in medijs:et toto vertice supra est.
Hunc illa exceptum(nec em labor agmine verso)
Trajicit:et sup bec inimico pectore fatur.
Siluis te tyrrbene feras agitare putasti:
Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
Uerba redargueret:nomen tñ haud leue patrum
Manibus boc referes telo cecidisse camille:
Protinus orsilochũ:et buten duo maxima teucrũ
Corpora:sed buten aduersum cuspide fixit
Loricam:galeamq inter:qua colla sedentis
Lucent:et leuo dependet parma lacerto:
Orsilochum fugiens:magnumq agitata p orbem
Eludit giro interior:sequiturq sequẽtem
Tum validã:percq arma viro:percq ossa securim
Altior insurgens:orantí et multa precanti
Congeminat vulnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic:subitoq aspectu territus hesit
Apenninicole bellator filius anni
Hand ligurũ extremus:dum fallere facta sinebãt.
Is vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posseneq instantem reginam auertere cernit
Consilio versare dolos ingressus et astu

Liber Vndecimus

Incipit hec: quid tam egregium si femina forti
Fidis equo: dimitte fugam: et te cominus equo
Mecum crede solo: pugnecq; accinge pedestri:
Jam nosces ventosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens: acriq; incensa dolore
Tradit equū comiti: paribusq; assistit in armis
Ense pedes nudo: puraq; interrita parma:
At iuuenis vicisse dolo ratus auolat: ipse
Haud mora: cōuersisq; fugax aufertur habenis:
Quadrupedemq; citum ferrata falce fatigat.
Vane ligur frustraq; animis elate supbis
Ne quicquā patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet auno.
Hec fatur virgo: et pernicibus ignea plantis.
Transit equū cursu: frenisq; aduersa prehensis
Cōgreditur: penasq; inimico ex sanguine sumit
Quam facile accipiter saxo sacer alces ab alto
Cōsequitur pennis sublimem in nube columbam
Cōprensamq; tenet: pedibusq; euiscerat vncis
Tum cruor: et vulse labuntur ab ethere plume
At non hec nullis hominum sator atq; deorum
Obseruās oculis summo sedet altus olimpo.

Eneidos

Tyrrhenum genitor tarchontem in prelia seua
Suscitat: et stimulis haud mollibus incitat iras
Ergo inter cedes cedentiaq; agmina tarchon
Fertur equo: uanisq; instigat uocibus alas
Nomine quemq; uocas: reficit in prelia pulsos.
Quis metus o nunq; dolituri: et semp inertes
Tyrrheni que tanta animis ignauia uenit.
Femina palantes agit: atq; hec agmina uertit.
Quo ferrū: quidue hec gerimus tela irrita dextris:
At non in venerem segnes: nocturnaq; bella
Aut ubi curua coboꝛs indixit tibia bacchi
Expectare dapes: et plene pocula mense.
Hic amoꝛ: hic studiū: dum sacra secundus aruspex
Nuncier: et lucos uocet bostia pinguis in altos.
Hec effatus: equum in medios moꝛiturus et ipse
Concitat: et uenulo aduersum se turbidus infert:
Dirreptūq; ab equo dextra cōplectitur bostem:
Et gremium ante suum multa ui cōcitus aufert:
Tollitur in celum clamoꝛ: cunctiq; latini
Cōuertere oculos: uolat igneus ethere tarchon
Arma uirūq; ferens: tum summa ipsius ab basta
Defringit ferrum: et ptes rimatur apertas

Liber Vndecimus

Qua vulnus letale ferat: cõtra ille repugnans
Sustinet a iugulo dextram: et vim viribus exit
Utq; volans alte raptum cum fulua draconem
Fert aquila implicuitq; pedes: atq; vnguibus hesit
Saucius et serpens inuosa volumina versat:
Arrectisq; horret squãmis et sibilat ore
Arduus insurgẽs illa haud minus viget adunco
Luctantem rostro: simul etbera verberat alis:
Haud aliter predam tyburtũ ex agmine tarchon
Portat ouans: ducis exemplũ cuentumq; secuti
Deonide incurrunt: cum fatis debitus aruns
Velocem iaculo et multa prior arte camillam
Circuit: et que sit fortuna facillima tentat
Qua se cunq; furens medio tulit agmine virgo
Hac aruns subit: et tacitus vestigia lustrat.
Qua victrix redit: illa pedemq; ex hoste reportat
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hosq; aditus: iamq; hos aditus: omnẽq; pererrat
Undiq; circuitũ: et certam quatit improbus hastã
Forte sacer cibele choreus olimq; sacerdos
Insignis longe phrygijs fulgebat in armis
Spumantemq; agitabat equũ: quẽ pellis aheneis

In plumam squāmis auroq; inserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus:et ostro
Spicula torquebat licio cortinia cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus:et aurea vati
Lassidatū croceam chlamidemq; sinusq; crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro
Pictus acu tunicas:et barbara tegmina crurum:
Hunc virgo siue vt templis prefigeret arma
Troia:captiuo siue se ferret in auro
Uenatrix vnum ex omni certamine pugne
Ceca sequebatur:totumq; incauta per agmen
Femineo prede:et spolioꝝ ardebat amore.
Telum ex insidijs cum tandem tempore capto
Conijcit et superos arguns sic voce precatur.
Summe deum sancti custos soractis apollo
Quem primi colimus:cui pineus ardor acerno
Pascitur:et medium freti pietate per ignem
Cultores multa preminus vestigia pruna
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens:non exuuias pulsene tropheum
Virginis:aut spolia vlla peto:mihi cetera laudem
Facta feren:: hec dira meo dum vulnere pestis

Liber Vndecimus.

Pulsa cadat: patriam reneabo ingloriꝰ vrbem
Audijt: vt voti phebus succedere partem
Dente dedit: parte volucres dispersit in auras
Sterneret vt subita turbatam morte camillam
Annuit orantiꝫ reducem vt prima alta videret
Non dedit: inque nothos vocem vertere procelle
Ergo vt missa manu sonitum dedit hasta p auras
Conuertere animos acies: oculosqꝫ tulere
Cuncti ad reginam volsci: nihil ipsa: nec aura
Nec sonitus memor: aut venientis ab ethere teli
Hasta sub extertam donec plata papillam
Desitꝫ virgineumqꝫ alte bibit acta cruorem.
Cõcurrunt trepide comites: dominãqꝫ ruentem
Suspiciunt: fugit ante omnes exterritus aruns
Leticia mixtaqꝫ metu; nec iam amplius haste
Credere: nec telis occurrere virginis audet
Ac velut ille prius quã tela inimica sequantur
Continuo in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus magnoue iuuenco
Conscius audacis facti caudamqꝫ remulcens
Subiecit pauitantem vtero: siluasqꝫ petiuit
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit aruns

Contentusq; fuga medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit:ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro:
Labitur exanguis:labuntur frigida leto
Lumina:purpureus quondã color ora reliquit.
Tunc sic expirans actam ex equalibus vnam
Alloquitur:fida ante alias que sola camille
Qua cum partiri curas:atq; hec ita fatur:
Hactenus acta soror potui:nunc vulnus acerbũ
Conficit:et tenebris nigrescunt omnia circum:
Effugeret hec turno mandata nouissima perfer
Succedat pugne:troianosq; arceat vrbe:
Jamq; vale:simul his dictis liquebat habenas
Ad terrã non sponte fluens:tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore:lentaq; colla
Et captum leto posuit caput arma relinquens.
Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tũ vero immensus surgens ferit aurea clamor
Sidera:deiecta crudescit pugna camilla:
Incurrunt densi simul omnis copia teucrum
Tyrrhenique duces:euandriq; arcadis ale.
At triuie custos iam dudum in montibus opis

Liber Vndecimus.

Alta sedet summis spectatq; interrita pugnas
Vtq; procul medio iuuenum in clamore furentū
Prospexit tristi mulctatam morte camillam:
Ingemuitq; deditq; has imo pectore voces:
Heu nimium virgo nimium crudele luisti
Supplicium teucros conata lacessere bello
Nec tibi deserte in dumis coluisse dianam
Profuit aut nostras humero gessisse pharetras:
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iā in morte neq; hoc sine nomine letum
Per gentes erit aut famam patieris inulte:
Nam quicūq; tuum violauit vulnere corpus
Morte luet merita fuit ingens monte sub alto
Regis dercenni terrbeno exaggere bustum.
Antiqui laurentis opacaq; ilice tectum.
Hic dea se primum rapido pulcherrima nisu
Sistit et aruntem tumulo speculatur ab alto:
Vt vidit fulgentem armis ac vana tumentem:
Cur inquit diuersus abis huc dirige gressum /
Huc periture veni capias vt digna camille
Premia tu ne etiam telis moriere diane.
Dixit et auratam volucrem threissa sagistam

Deprompsit pharetra: cornuq; infensa tetendit
Et duxit longe: donec curuata coirent
Inter se capita: et manibus iam tangeret equis
Leua aciem ferri dextra neruoq; papillam:
Extemplo teli stridorem: auraſq; sonantes
Audijt vna arunſ: hesitq; in corpore ferrum.
Illũ expirantem socijq; extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad ethereum pennis aufertur olimpum.
Prima fugit domina amissa leuis ala camille
Turbati fugiunt rutuli: fugit acer atinas:
Disiectiq; duces: desolatiq; manipli
Tuta petunt: et equis auersi ad menia tendunt:
Nec quisquã instantes teucros letumq; ferentes
Sustentare valet telis: aut sistere contra:
Sed laxos referũt humeris languentibus arcus:
Quadrupedũq; putrẽ cursu quatit vngula campũ.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis: et e speculis percusse pectora matres
Femineum clamorem ad celi sydera tollunt
Qui cursu portas primi rupere patentes:
Hos inimica sup̃ mixto premit agmine turba

Liber Vndecimus.

Nec miseram effugiunt mortem: sed limine in ipso
Menibus in patrijs atq; inter tuta domorum
Confixi expirãt animas: pars claudere portas
Nec socijs aperire viam: nec menibus audent
Accipere orantes: oriturq; miserrima cedes
Defendentũ armis aditus inq; arma ruentum
Exclusi ante oculos lachrimantũq; ora parentũ
Pars in precipites fossas vrgente ruina
Voluitur: immissis pars ceca et cõcita frenis
Arietat in portas: et duros obice postes:
Ipse de muris summo certamine matres
Monstrat amor verus patrie vt videre camillã
Tela manu trepide iaciunt: ac robore duro
Stipitibus ferrum sudibusq; imitantur obustis
Precipites primeq; mori pro menibus audent.
Interea turnum in siluis seuissimus implet
Nuncius: et iuueni ingentem fert acta tumultum
Deletas volscorum acies cecidisse camillam
Ingruere infestos hostes et marte secundo
Omnia corripuisse: metum iam ad menia ferri
Ille furens nam seua iouis sic numina poscunt
Deserit obsessos colles: nemora aspera linquit.

Eneidos

Vlix e cõspectu exierat: campumq; tenebat:
Cum pater eneas saltus ingressus apertos:
Exuperatq; iugum: siluaq; euadit opaca:
Sic ambo ad muros rapidi: totoq; feruntur
Agmine: nec longo inter se passibus absunt.
Ac simul eneas fumentes puluere campos
Prospexit longe laurentia agmina vidit:
Et seuum eneam agnouit turnus in armis
Aduentumq; pedum: flatusq; audiuit equorum:
Continuoq; ineant pugnam: et prelia tentent:
Ai roseus fessos iam gurgite phebus hybero
Tingat equos: noctemq; die labente reducat:
Consident castris ante vrbem: et menia vallant.

Descriptio Duodecimi Libri.

Vodecimo turnus diuinis decidit armis:
Turnus iam fractis aduerso marte latinis
Semet in arma parat: pacem cupiente latino
Fedus percutitur passurus et omnia victus:
Hoc turni iuturna sozor confundit: et ambos
In pugnam populos agit ementita camertem.
Eneas volucri tardantur membra sagitta.

Liber Duodecimus.

Anxia pro nato seruauit cura parentis:
Urbs capitur: vitam laqueo sibi finit amata:
Eneas turnum campo congressus vtrinq;
Circūfusa acie: vita spoliauit et armis:

Publij Virgilij Maronis Eneidos Liber Duodecimus

TUrnus vt infractos aduerso marte latinos
Defecisse videt: sua nunc promissa reposci
Se signari oculis: vltro inplacabilis ardet
Attollitq; animos: penorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus
Dum demū mouet arma leo: gaudetq; comantes
Excutiens ceruice thoros: fixumq; latronis
Impauidus frangit telum: et fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia turno:
Tunc sic affatur regem: atq; ita turbidus infit.
Nulla mora in turno: nihil est: qđ dicta retractent
Ignaui eneade: nec que pepigere recusent:
Congredior: fer sacra pater: et concipe fedus:
Aut hac dardanium dextra sub tartara mittam
Desertorem asie: sedeant spectentq; latini:
Et solus ferro crimen cōmune refellam.

Eneidos

Aut habeat victos: cedat lauinia cõiunx.
Olli sedato respondit corde latinus.
O prestans animi iuuenis: quãtum ipse feroci
Virtute exuperãs: tanto me impensius equũ est
Cõsulere: atq; omnes metuentem expendere casus:
Sunt tibi regna patris dauni: sunt oppida capta
Multa manu: necnon animusq; aurumq; latino
Sunt alie innupte latio: et laurentibus agris
Nec genus indecores: sine me hec hebebaud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: simul hec animo hauri:
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat: tidq; omnes homines: diuiq; canebant:
Victus amore tui: cognato sanguine victus
Coniugis et meste lachrimis vincla omnia rupi.
Promissam eripui genero: arma impia sumpsi:
Et illo qui me casus: que bella sequãtur
Turne vides: quãtos primus patiare labores:
Bis magna victi pugna: vix vrbe tuemur
Spes italas: recalent nostro ryberina fluenta
Sanguine adhuc: campiq; ingentes ossibus albent:
Quo referor totiens: que mentem insania mutat
Si turne extincto socios sum accire paratus

Liber Duodecimus

Cur non incolumi potius in certamina tollo.
Quid cõsanguinei rutuli: quid cetera dicet
Italia ad mortem: si te fors dicta refutet
Prodiderim natã et cõnubia nostra petentem:
Respice res bello varias: miserere parentis
Longeui: mestum quẽ nunc patria ardea longe
Diuidit: haud quicq̃ dictis violentia turni
Flectitur: eruperat magis egrescitq̃ medendo.
Ut primum fari potuit: sic incipit ore:
Quã pro me curã geris hãc precor optime pro me
Deponas: letumq̃ sinas pro laude paciſci:
Et nos tela pater: ferrumq̃ haud debile dextra
Spargimus: et nostro sequit de vulnere sanguis
Longe: illi dea mater erit: quę nube fugacem
Feminea tegat: et vanis sese occulat vmbris.
At regina noua pugne conterrita sorte
Flebat: et ardentem generum moritura tenebat
Turne p has ego te lachrimas p si quis amate
Tangit bonos animũ: spes tu nunc vna senecte
Tu requies misere decus imperiumq̃ latini
Te penes in te omnis domus inclinata recũbit
Unum oro: deliſte manum cõmittere teucris

Qui te cũctꝫ manent ísto certamíne caſus:
Et me turne manẽt ſimul hec inuiſa relinquunt
Lumína:nec generum eneam captiua vídebo.
Accepit vocem lachrimis lauinia matris
Flagrantes perfuſa genas:cui plurimus ignem
Subiecit rubor:et calefacta per ora cucurrit.
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur:vel mixta rubent vbi lília multa
Alba roſa:tales virgo dabat ore colores
Illum turbat amor:figitꝫ in virgine vultus
Ardet in arma magis:paucíſꝫ affatur amatam
Ne queſo:ne me lachrimis:neve omine tanto
Proſequere in duri certamina martis euntem
O mater:neꝫ eĩm turno mora libera mortis:
Nuncius hec hyſmon phrígio mea dicta tyranno:
Haud placitura refer cum primũ craſtina celo
Puniceis cõuecta rotis auroza rubebit
Nõ teucros agat in rutulos teucrũ arma quieſcãt
Et rutulum:noſtro dirimamus ſanguine bellum
Illo queratur cõiunx lauinia campo.
Hec vbi dicta dedit:rapiduſꝫ in tecta receſſit
Poſcit equos:gaudetꝫ tuens ante ora frementes

Liber Duodecimus

Pilumum: quos ipsa decus dedit orithia:
Qui candore niues anteirent cursibus auras:
Circũstant ꝑeri aurige: manibusq; lacessunt
Pectora pulsa canis: et colla comantia pectunt:
Ipse dehinc auro squallentem: albocq; orichalco
Circundat loricã humeris: simul aptat habendo:
Ensemq; et clipeum: et rubre cornua criste.
Ensem quẽ dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat: et stigia candentem tinxerat vnda
Exin que medijs ingenti annixa columne
Aedibus astabat: validam vi corripit hastam
Actoris arunci spolium: quassatq; trementem
Vociferans nunc o uunq; frustrata vocatus
Hasta meos: nũc tempus adest: te maximus actor:
Te turni nunc dextra gerit: da sternere corpus
Loricamq; manu valida lacerare reuulsam
Semiuiri phrygis: et fedare in puluere crines
Vibratos calido ferro: mirrhaq; madentes.
His agitur furijs: totoq; ardentis ab ore
Scintille absistunt: oculis micat acribus ignis
Mugitus veluti cum prima in prelia taurus
Terrificos ciet: aut irasci in cornua tentat

Arboris obnixus truncoꝫ ventosꝫ lacessit
Ictibusꝫ aut sparsa ad pugnam proludit harena.
Nec minus interea maternis seuus in armis
Eneas acuit martemꝫ et se suscitat ira
O balto gaudens cõponi federe bellum:
Tum socios:mestiꝫ metum solatur iuliꝫ
Fata docensꝫ regiꝫ iubet responsa latino
Certa referre virosꝫ et pacis dicere leges.
Postera vix summo spargebat lumine montes
Orta diesꝫ cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equiꝫ lucemꝫ elatis naribus efflant
Campũ ad certamẽ magne sub menibus vrbis
Dimensi rutuliꝫ viriꝫ teucriꝫ parabant
In mediocꝫ focosꝫ et dijs cõmunibus aras:
Bramineasꝫ aliꝫ fontemꝫ ignemꝫ ferebant
Uelati linoꝫ et verbena temporꝫ vincti
Procedit legio ausonidum pilatꝫ plenisꝫ
Agmina se fundunt portisꝫ hinc troius omnis
Tyrrhenusꝫ ruit varijs exercitus armisꝫ
Haud secus instructi ferro quã si aspera martis
Pugna vocetꝫ nocnon medijs in millibus ipsi
Ductores auro volitantꝫ ostrocꝫ decori:

Dij communes dr nõ belli dicũt Mars Bellona et Victoria Isti sunt quod hij in bello vtiq; pesti possint fuisse alij aũt dicũt quod dij communes sunt q̃ reli rerũ ctes nõ sunt sed gñaliter a cunctis venerant dr Mater deum ring possess in alijs gentis est alij communes deos dicunt sole luna plutone et marte hij apud omnes inuenitur et sunt in armis terris prior tñ sensus est magis apte negotio

Liber Duodecimus

Et genus assaraci mnestheus: et fortis asilas
Et mesapus equũ domitor neptunia proles
Utq; dato signo spacia in sua quisq; recessit
Defigunt tellure hastas: et scuta reclinant:
Tum studio effuse matres: et vulgus inermũ
Invalidiq; senes: turres et tecta domorum
Obsedere: alij portis sublimibus astant.
At iuno ex summo qui nunc albanus habetur
(Tũc neq; nomẽ erat: neq; bonos: neq; gl'a (monti)
Prospiciẽs tumulo campum spectabat: et ambas
Laurentum troumq; acies: urbemq; latini:
Extemplo turni sic est affata sororem
Diua deam: stagnis que fluminibusq; sonoris
Presidet: hunc illi rex etheris altus honorem
Jupiter: erepta pro virginitate sacrauit:
Nympha decus fluuioq; animo gratissima nostro
Scis vt te cunctis vnam quecunq; latine
Magnanimi iouis ingratum ascendere cubile
Pretulerim: celiq; libens in parte locarim
Disce tuum ne me incuses iuturna dolorem:
Qua visa est fortuna pari parceq; sinebant
Cedereres latio turnum: et tua menia teti:

Eneidos

Hunc video iuuenem imparibus cõcurrere fatis
Parcarumq; dies: et vis inimica ꝓpinquat
Hõ pugnã aspicere hãc oculis nec federa possum:
Tu pro germano si quid presentius audes
Perge decet: forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea: tum lachrimas oculis iuturna profudit.
Terq; quaterq; manu pectus percussit honestũ.
Hon lachrimis hoc tempus ait saturnia iuno
Accelera: et fratrem siquis modus eripe morti
Aut tu bella cie: cõceptumq; excute fedus.
Auctor ego audendi: sic exhortata reliquit
Incertam: et tristi turbatam vulnere mentis
Interea reges (ingenti mole latinus:
Quadrijugo vehitur curru: cui tempora circũ
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt
Solis aui specimen, bigis it turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater eneas romane stripis origo
Sidereo flagrans clipeo: et celestibus armis
Et iuxta ascanius magne spes altera rome)
Procedunt castris: puraq; in veste sacerdos
Setigerum fetum suis intonsamq; bidentem

Liber Duodecimus.

Attulit: admouitq; pecus flagrantibus aris
Illi ad surgentis conuersi lumina solis
Dant fruges manibus salsas: et tempora ferto
Summa notant pecudū: paterisq; altaria libant
Tum pius eneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc sol testis: et hec mihi terra precanti:
Quam ꝓpter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens: et tu saturnia coniunx
Iam melior iam diua precor: tuq; inclite mauors
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques
Fontesq; fluuiosq; voco: queq; etbereis alti
Relligio: et que ceruleo sunt numina ponto
Cesserit ausonio si fors victoria turno:
Conuenit euandri victos discedere ad vrbem.
Cedet iulus agris: nec post arma vlla rebelles
Eneade referent: ferroue hec regna lacessent
Sin nostrum annuerit nobis victoria martem
Ut potius reor: et potius dij numine firment
Non ego: nec teucris italos parere iubebo
Nec mihi regna peto paribus sed legibus ambe
Inuicte gentes: eterna in federa mittant
Sacra deosq; dabo socer arma latinus habeto

Eneidos

Imperium ſolenne ſocer mihi menia teucri
Conſtituent: vbicz dabit lauinia nomen
Sic prior eneas ſequitur ſic deinde latinus
Suſpiciens celum: tenditcz ad ſydera dextram
Hec eadem enea terram mare ſydera iuro:
Latonecz genus duplex ianumcz bifrontem
Uimcz deum infernam: et diri ſacraria ditis
Audiat hec genitor qui federa fulmine ſancit
Tango aras: medioſcz ignes: et numina teſtor
Nulla dies pacē hanc italis: nec federa rumpet
Quo res cunctz cadēt: nec me vis vlla volentem
Auerter: non ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens: celumue in tartara ſoluat:
Ut ſceptrū hoc dextra ſceptrū nam forte gerebat
Nunquā fronde leui frondet virgulta nec vmbras
Cum ſemel in ſiluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret: poſuitcz comas: et brachia ferro
Olim arbos: nunc et artificis manus ere decoro
Inclusit: patribuſcz dedit geſtare latinis.
Talibus inter ſe firmabant federa dictis
Cōſpectu in medio procerum: tum rite ſacratas
Inflammā iugulant pecudes: et viſcera viuis

Liber Duodecimus.

Eripiunt: cumulantq; oneratis lancibus aras.
At vero rutulis impar ea pugna videri
Jam dudum: et vario misceri pectora motu.
Tum magis vt pius cernunt nõ viribus equis
Adiuuat incessu tacito progressus: et aram
Suppliciter venerans demisso lumine turnus
Pubentesq; gene: et iuuenili in corpore pallor
Quem simul vt iuturna sozor crebescere vidit
Sermonem: et vulgi variare labentia corda
In medias acies formam assimulata camerti
Cui genus a proauis ingens: clarumq; paterne
Nomen erat virtutis: et ipse acerrimus armis
In medias dat sese acies baud nescia rerum
Rumoresq; serit varios: ac talia fatur.
Non pudet o rutuli cuncti pro talibus vnam
Obiectare animam: numero ne an viribus equi
Non sumus: en oẽs et troes et arcades hi sunt
Fataliscq; manus infensa betruria turno:
Vix hostem alterni si cõgrediamur habemus
Ille quidem ad superos quoq; se deuouet aris
Succedet fama: viuusq; per ora feretur
Nos patria amissa dominis parere superbis

Eneidos

Cogemur: qui nunc lenti consedimus aruis.

+ Talibus incensa est iuuenum sententia dictis.

Jã magis: atq; magis: serpitq; p agmina murmur.

Ipsi laurentes mutati, ipsiq; latini

Qui sibi iam requiem pugne rebusq; salutem

Sperabant: nunc arma volunt: fedusq; precantur

+ Infectum: et turni sortem miserantur iniquam.

Dis aliud maius iuturna adiungit: et alto

Dat signum celo: quo non prestantius vllum

De augurio Turbauit mentes italas: monstroq; fefellit.

Namq; volãs rubra fuluus iouis ales in ethera

Littoreas agitabat aues: turbamq; sonantem

Agminis aligeri: subito quum lapsus ad vndas

Lignũ excellentẽ pedibus rapit improbus vncis:

Arrexere animos itali: cunctiq; volucres

Conuertunt clamore fugam (mirabile visu)

Etheraq; obscurant pennis: hostemq; p auras

Facta nube premunt: donec vi victus et ipso

Pondere defecit: predamq; ex vnguibus ales

Proiecit fluuio: penitusq; in nubila fugit.

Tum vero augurium rutuli clamore salutant:

Expediuntq; manus: primusq; tolumnius augur:

Hoc erat: hoc votis inquit quod sepe petiui

Liber Duodecimus.

Accipio: agnoscoq; deos: me me duce: ferrum
Corripite o rutuli: quos improbus aduena bello
Territat: inualidas vt aues littora nostra
Ui populat: petet ille fugã: penituscq; profundo
Uela dabit: vos vnanimi densate cateruas:
Et regem vobis pugna defendite raptum.
Dixit: et aduersos telum cõtorsit in hostes.
Porrectus sonitũ dat stridula cornus: et auras
Certa secat simul hoc simul ingens clamor et oĩs
Turbati cunei: calefactaq; corda tumultu.
Hasta volãs: vt forte nouã pulcherrima fratrum
Corpora constiterant cõtra: quos fida crearat
Una tot archadio cõiunx tyrrhena gilippo.
Horum vnũ ad medium teritur: qua sutilis aluo
Balteus et laterum iuncturas fibula mordet
Egregium forma iuuenem: et fulgentibus armis
Transadigit costas: fluuiq; extendit harena.
At fratres animosa phalanx accensaq; luctu
Pars gladios stringunt manibus: pars missile ferrũ
Corripiunt: ceciq; ruunt: quos agmina contra
Procurrũt laurentũ: hinc densi rursus in vndant
Troes agiliniq; et pictis arcades armis

Sic amor omnes vnus habet decernere ferro
Dirripuere aras it toto turbida celo
Tempestas telorum ac ferreus ingruit imber
Crateraſq; focoſq; ferunt: fugit ipſe latinus
Pulſatos referens infecto federe diuos
Infrenant alij curros: aut corpora ſaltu
Subijciunt in equos: et ſtrictis enſibus adſunt
Meſapus regem regiſq; inſigne gerentem
Tyrrhenum auleſten auidus confundere fedus
Aduerſo proterret equo: ruit ille recedens:
Et miſer oppoſitis a tergo voluitur aris.
In caput inq; humeros: ac feruidus aduolat haſta.
Meſapus: teloq; orantem multa trabali
Deſup altus equo grauiter ferit: atq; ita fatur
Hoc habe hec melior magnis data victima diuis
Concurrunt itali: ſpoliantq; cadentia membra
Obuius ambuſtum torrem chorineus ab ara
Corripit: et venienti ebuſo plagamq; ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit:
Nidoremq; ambuſta dedit ſup ipſe ſecutus
Ceſariem leua turbati corripit hoſtis:
Impreſſoq; genu nitens terre applicat ipſum

Liber Duodecimus.

Sic rigido latus ense ferit: polidarius alsum
Postorem primaq; acie per tela ruentem
Ense sequens nudo: suspeminet ille securi
Aduersi frontem mediam mentumq; reducta
Dissicit et sparso late rigat arma cruore:
Olli dura quies oculos: et ferreus vrget
Somnus: in eternã clauduntur lumina noctem.
+ At pius eneas dextram tendebat inermem
Nudato capite: atq; suos clamore vocabat:
Quo ruitis: que ve ista repens discordia surgit:
O cohibere iras: ictum iam fedus et omnes
+ Composite leges: mihi vis concurrere soli:
De sinite atq; auferte metus: ego federa fato
Firma manu: turnum iam debent hec mihi sacra.
Vas inter voces media inter talia verba
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est
Incertum qua pulsa manu: quo turbine adacta
Quis tantam rutulis laudem casus ve deus ve
Attulerit: pressa est insignis gloria facti:
Nec sese enea iactauit vulnere quisquam:
Turnus vt eneam cedentem ex agmine vidit
Turbatosq; duces: subita spe feruidus ardet.

Poscit equos: atq; arma simul: saltuq; superbus
Emicat in currum: et manibus molitur habenas
Multa virum volitans dat fortia corpora leto
Semineces voluit multos: aut agmina curru
Proterit: aut raptas fugientibus ingerit hastas
Qualis apud gelidi cum flumina cōcitus hebri
Sanguineus mauors clipeo increpat: atq; furētes.
Bella movens immittit equos: illi equore aperto
Ante notbos zephyrūq; volāt gemit vltima pulsu
Traca pedum circumq; atre formidinis ora /
Ireq; insidieq; dei comitatus aguntur·
Talis equos alacer media inter prelia turnus
Fumantes sudore quatit: miserabile cesis
Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores
Sanguineos: mixtaq; cruor calcatur harena·
Jāq; neci sthenelūq; dedit: thamirimq; pholumq;
Hunc cōgressus: et hūc illū eminus: eminus ambo
Imbrasidas glaucū: atq; iadē quos imbrasus ipse
Nutrierat licia: paribusq; onerauerat armis /
Vel cōferre manū: vel equo preuertere ventos·
Parte alia media cumenides in prelia fertur
Antiqui prales bello preclara dolonis.

Liber Duodecimus.

Nomine auum referens: ãio manibusq; parentem
Qui quondam castra vt danaũ speculator adiret
Ausus pelide precium sibi poscere currum
Illum titides alio pro talibus ausis
Affecit precio: nec equis aspirat achillis.
Hunc procul vt campo turnus prospexit aperto
Ante leui iaculo longum per inane secutus
Sistit equos bijuges: et curru desilit: atq;
Semianimi elapsoq; supuenit et pede collo
Impresso: dextra mucronem extorquet: et alto
Fulgentem tinxit iugulo atq; hec insup addit
En agros: et quam bello troiane petisti
Hesperiam metire iacens: hec premia qui me
Ferro ausi tentare ferunt: sic menia condunt:
Huic comitem burent: conjecta cuspide mittit:
Eblozea: sibarinq;: daretaq; tbersilochumq;:
Et sternacis equi lapsum ceruice tbimetes:
Ac veluti edoni boree cum spiritus alto
Insonat egeo: sequiturq; ad littora fluctus
Qua venti incubuere: fugam dant nubila celo
Sic turno quacũq; viã secat: agmina cedunt
Cõuersaq; ruunt acies: fert impetus ipsum

Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.
Nõ tulit instantẽ phegeus animisq; frementem
Obiecit sese ad currum: et spumantia frenis
Ora citatorum dextra detorsit equorum:
Dum trabitur pendetq; iugis: hunc lata retectũ
Lancea cõsequitur: rumpitq; infixa bilicem
Loricam: et summũ degustat vulnere corpus
Ille tamẽ clipeo obiecto cõuersus in hostem
Ibat: et auxilium stricto mucrone petebat
Quẽ rota precipitem: et procursu concitus axis
Impulit: effuditq; solo: turnusq; secutus
Imam inter galeam summi thoracis et oras
Abstulit ense caput: truncũq; reliquit harena.
Atq; ea dum campis victor dat funera turnus.
Interea eneam mnestheus et fidus achates
Ascaniusq; comes castris statuere cruentum
Alternos longa nitentem cuspide gressus
Seuit et infracta luctatur arundine telum
Eripere: auxilioq; viam que proxima poscit
Ense secent lato vulnus: teliq; latebram
Rescindant penitus: seseq; in bella remittant.
Iamq; aderat phebo ante alios dilectus iapis.

Liber Duodecimus

Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes: sua munera letus apollo
Auguriū citharamq; dabat: celeresq; sagittas.
Ille vt depositi proferret fata parentis.
Scire potestates herbarum vsumq; medendi
Maluit: et multas agitare inglorius artes:
Stabat acerba fremēs ingentē nixus in hastam
Eneas magno iuuenum et merentis iuli
Concursu lachrymisq; immobilis. ille retorto
Peonium in morem senior succinctus amictu
Multa manu medica phebiq; potentibus herbis
Nec quicquā trepidat: nec quicq; spicula dextra
Sollicitat: prensatq; tenaci forcipe ferrum
Nulla viam fortuna regit: nihil auctor apollo
Subuenit: et seuus cāpis magis ac magis horror
Crebrescit: ppiusq; malum est: iam puluere celum
Stare vident: subeunt equites et spicula castris
Densa cadunt mediis: it tristis ad ethera clamor
Bellantū iuuenum et duro sub marte cadentum
venus indigno nati concussa dolore
Dictamum genitrix cretea carpit ab ida
Puberibus caulem folijs et flore comantem

Purpureo: non illa feris incognita captis
Gramina: cum tergo volucres hesere sagitte.
Hoc venus obscuro faciem circundata nymbo
Detulit: hoc fusum labris splendentibus amnem:
Inficit occulte medicans spargitq; salubres
Ambrosie succos: et odoriferam panaceam
Fouit ea vulnus lympha longeuus iapis
Ignorans: subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor: omnis stetit imo vulnere sanguis
Jamq; secuta manum nullo cogente sagitta
Excidit: atq; noue rediere in pristina vires
Arma citi ꝑperate viro. quid statis: iapis
Cõclamat: primusq; animos accendit in hostem.
Non hec humanis opibus non arte magistra
Proueniunt: neq; te enea mea dextera seruat:
Maior agit deus: atq; opera ad maiora remittit
Ille auidus pugne suras incluserat auro.
Vincatq; bincoditq; moras: hastamq; corusat.
Postq; habilis lateri clipeus loricaq; tergo est
Ascanium fusis circum complectitur armis:
Summaq; per galeam delibans oscula fatur.
Disce puer virtutem ex me verumq; laborem.

Liber Duodecimus.

Fortunam ex alijs: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit: et magna inter premia ducet.
Tu facito mox cum matura adoleuerit etas.
Sis memor: et te aio repetentem exempla tuorum.
Et pater eneas: et auunculus excitet hector.
Hec vbi dicta dedit: portis sese extulit altis:
Telũ immane manu quatiẽs simul agmine denso
Anteus mneslheusq; ruunt: omnisq; relictis
Turba fluit castris: tum ceco puluere campus
Miscetur: pulsuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso venientes aggere turnus
Videre ausonij: gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor: prima ante omnes iuturna latinos
Audijt: agnouitq; sonum: et tremefacta refugit.
Ille volat: campoq; atrum rapit agmen aperto:
Qualis vbi ad terras abrupto sydere nymbus
It mare per medium: miseris heu prescia longe
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus: stragemq; satis: ruet omnia late:
Ante volant: sonitumq; ferunt ad littora venti
Talis in aduersos doctor rheteius hostes
Agmen agit: densiq; cuneis se quisq; coactis

Agglomerãt: ferit ense grauem thimbreus ossirim
Archetiũ mnestheus: epulonẽ obtruncat achates
Ufentemq; gias: cadit ipse tolumnius augur
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
Tollitur in celum clamor: versiq; vicissim
Puluerulenta fuga rutuli dant terga p agros:
Ipse neq; aduersos dignatur sternere morti
Nec pede cõgressos equo nec tela ferentes
Insequitur solum densa caligine turnum
Uestigat lustrans: solum in certamina poscit.
Hoc concussu metu mentem iuturna virago
Aurigam turni media inter loza metistum
Excutit: et longe lapsum temone relinquit:
Ipsa subit: manibus vndantes flectit habenas
Cuncta gerẽs vocemq; et corpus et arma metisti
Nigra velut magnas domini cum diuitis edes
Peruolat: et pennis alta atria lustrat hyrundo.
Pabula parua legens: nidiq; loquacibus escas
Et nũc porticibus vacuis nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios iuturna p hostes
Fertur equis: rapidoq; volans obit omnia curru
Jamq; hic germanũ. iamq; hic ostendit ouantem

Liber Duodecimus.

Nec conferre manum patitur: volat auia longe.
Haud minus eneas tortos legit obuius orbes:
Uestigatq; virum: et directa p agmina magna
Uoce vocat: quotiēs oculos coniecit in hostem
Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum.
Auersos totiens currus iuturna retorsit.
Heu quid agat: vario ne quicquā fluctuat estu
Diuersiq; vocant animum in cōtraria cure:
Huic mesapus vti leua duo forte gerebat
Lenta leui curru prefixa bastilia ferro
Horum vnum certo cōtorquens diligit ictu.
Substitit eneas: et se collegit in arma.
Poplite subsidens: apicem tamen incita summū
Hasta tulit: summasq; excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt ire insidijsq; subactus
Diuersos vbi sensit equos currumq; referri
Multa iouem et lesi testatus federis aras
Jam tandem inuadit medios et marte secundo
Terribilis seuam nullo discrimine cedem
Suscitat: irarumq; omnes effundit habenas.
Quis mihi nūc tot acerba deus: aq; carmine cedes
Diuersas: obitumq; ducum: quos equor; toto



Inq; vicem nunc turnus agit: nunc troius heros
Expediat: tanton placuit cõcurrere motu

Juppiter eterna gentes in pace futuras?

Eneas rutulum sucrouem ca prima ruentes
Pugna loco statuit teucros haut multa moratus
Excipit in latus: et qua facta celerrima crudo
Transadigit costas: et crates pectoris ense.

Turnus equo deiectum amicũ fratremq; diorem
Congressus pedes: hunc venientẽ cuspide longa
Hunc mucrone ferit: curruq; abscisa duorum
Suspendit capita: et rorantia sanguine portat:

Ille talon tanaiq; neci: fortemq; cethegum

Tris vno cõgressu: et mestum mittit onitem

Nomen echionium: matrisq; genus peridie
Hinc fratres licia missos et apollinis agris:

Et iuuenem exosum ne quicquã bella menetem
Arcada piscose cui circum flumina lerne
Ars fuerat pauperq; domus: nec nota potentum
Munera: cõductaq; pater tellure sedebat·

Comparacio + At veluti immissi diuersis partibus ignes
Arentem in siluam et virgulta sonantia lauro
Aut vbi decursu rapido de montibus altis

Liber Duodecimus.

Dant sonitū spumosi amnes: et in equora currūt
Quisq; suum populatus iter: non segnius ambo
Eneas turnusq; ruunt p̄ prelia nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur
Duranū hic atauos: et auos: antiqua sonantem
Nomina p̄ reges: q; actum genus omne latinos
Precipitem scopulo atq; ingenti turbine saxi
Excutit: effunditq; solo: bunc loza et iuga subter
Prouoluere rote: crebro sup̄ vngula pulsu
Incita: nec domini memoz: proculcat equoz
Ille ruenti hilocq; animisq; immane frementi
Occurrit telumq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit basta cerebro
Dextera: nec tua te graiūm fortissime creteu
Eripuit turno: nec dij tetere cupentum
Enea veniente sui: dedit obuia ferro
Pectora: nec misero clipei moza profuit eris
Te quoq; laurentes viderunt cole campi
O ppetere et late terram cōsternere tergo
Occidis: argiue quem non potuere phalanges
Sternere: nec priami regnoz cuersoz achilles

Hic tibi mortis erant mete: domus alta sub ida
Lirnesi domus alta: solo laurente sepulcrum
Tote adeo conuerse acies: omnesq; latini
Omnes dardanide mnesthcus acerq; serestus
Et mesapus equum domitor et fortis asilas
Tuscorumq; phalant: euandriq; arcadis ale
Pro sequisq; viri summa nituntur opum vi.
Nec mora nec requies: vasto certamine tendunt
Hic mentem enee genitrix pulcherrima misit
Iret vt ad muros vbiq; aduerteret agmen
Ociusq; et subita turbaret clade latinos.
Ille vt vestigans diuersa p agmina turnum
Huc atq; huc acies circũtulit aspicit vrbem
Immunem tanti belli atq; impune quietam
Continuo pugne accendit maioris imago
Mnesthea sergestumq; vocat fortemq; serestum
Ductores: tumulumq; capit quo cetera teucrum
Concurrit legio: nec scuta aut spicula densi
Deponunt: celso medius stans aggere fatur
Ne qua meis esto dictis mora: iuppiter hac stat:
Neu quis ob inceptum subitũ mihi segnior ito
Vrbem hodie causam belli regna ipse latini

Liber Duodecimus.

Ni frenum accipere et dicto parere fatentur
Eruam et equa solo fumantia culmina ponam
Scilicet expectem libeat dum prelia turno
Nostra pati rursusq; velit cōcurrere victus
Hoc caput o ciues: hec belli summa nefandi
Ferte faces ppere: fedusq; reposite flammis
Diterat: atq; animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum densaq; ad muros mole feruntur
Scale improuiso: subitusq; apparuit ignis
Discurrunt alij ad portas: primosq; trucidant:
Ferrum alij torquent: et obumbrant ethera telis
Ipse inter primos dextram sub menia tendit
Eneas: magnaq; incusat voce latinum
Testaturq; deos: iterum se ad prelia cogi
Bis tā italos hostes: hec altera federa rumpi
Exoritur trepidos inter discordia ciues:
Urbem alij reserare iubent et pandere portas
Dardanidis: ipsumq; trahunt in menia regem
Arma ferunt alij et pergunt defendere muros
Inclusas vt cum latebroso in punice pastor
Uestigauit apes: fumoq; impleuit amaro
Ille intus trepide rerum per cerea castra

Discurrunt:magnisq; acuunt stridoribus iras
Voluitur ater odor tectis:hinc murmure ceco
Intus saxa sonāt:vacuas it fumus ad auras.
Accidit hec fessis etiam fortuna latinis:
Que totam luctu cōcussit funditus vrbem:
Regina vt tectis venientem prospicit hostem
Incendi muros:ignes:ad tecta volare:
Nusquā acies cōtra rutulis:nulla agmina turni
Infelix pugne iuuenem in certamine credit
Extinctum:et subito mentem turbata dolore
Se causam clamat crimenq; caputq; malor
Multaq; per mestum demens effata furorem
Purpureos moritura manu discindit amictus
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta:
Quā cladem misere postq; accepere latine
Filia prima manu flauos lauinia crines
Et roseas laniata genas:tum cetera circum
Turba furit:resonant late plangoribus edes
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem
Demittunt mentes.it scissa veste latinus
Coniugis attonitus fatis vrbisq; ruina
Laniciem immundo pfusam puluere turpans

Liber Duodecimus.

Multaq; se incusat qui non acceperit ante
Dardanium eneam generumq; asscinerit vltro
Interea extremo bellator in equore turnus
Palentes sequitur paucos iam segnior atq;
Jam minus atq; minus successu letus equorum
Attulit hunc illi cecis terroribus aura
Cõmixtum clamorem: arrectasq; impulit auras
Confuse sonus vbis: et illetabile murmur
Dei mihi quid tanto turbantur menia luctu:
Quisue ruit tantus diuersa clamor ab vrbe:
Sic ait: aductisq; amens subsistit habenis
Atq; huic in faciem sororis vt cõuersa metisti
Aurige currusq; et eques et lora regebat.
Talibus occurrit dictis: hac turne sequamur
Troiugenas: qua prima viam victoria pandit
Sunt alij qui tecta manu defendere possunt
Ingruit eneas italis: et prelia miscet
Et nos seua manu mittamus funera teucris
Nec numero inferior pugna nec honore recedes
Turnus ad hec.
O soror et dudum agnoui: cum prima p artem
Federa turbasti: teq; hec in bella dedisti.

Et nunc ne quicquã fallis dea: sed quis olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri letum et crudele videres?
Nam qd ago: aut que spondet iã fortuna salutem?
Uidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Turranum: quo non superat mihi charior alter
Oppetere ingentem atq; ingenti vulnere victum
Occidit infelix ne nostrum dedecus vfeus
Aspiceret: teucri potiuntur corpore et armis
Excindi ne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar: dextra: nec dicis dicta refellam?
Terga dabo: et turnũ fugientem hec terra videbit?
Usq; adeo ne mori miserum est: vos o mihi manes
Este bonit quoniam superis auersa voluntas
Sancta ad vos anima atq; istius inscia culpe
Descendam magnoq; haud vnquã indignus auoq;
Uix ea fatus erat: medios volat ecce per hostes
Uectus equo spumante sages aduersa sagitta
Saucius ora: ruitq; implorans nomine turnum
Turne in te suprema salus miserere tuorum
Fulminat eneas armis: summasq; minatur
Deiecturus arces italum: excidioq; daturus

Liber Duodecimus.

Jamq; faces ad tecta volant: in te ora latini
In te oculos referunt: mussat rex ipse latinus
Quos generos vocet: aut q̃ sese ad federa flectat.
Preterea regina tui fidissima dextra
Occidit ipsa sua: lucemq; exterrita fugit:
Soli pro portis mesapus: et acer atinas
Sustentant aciem: circũ hos vtrimq; phalanges
Stant dense: strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas.
Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus: et obtutu tacito stetit estuat ingens
Jmo in corde pudor: mixtoq; insania luctus
Et furijs agitatus amor: et conscia virtus
Ut primũ discusse vmbre: et lux reddita menti est
Ardentes oculorum acies ad menia torsit
Turbidus: rotisq; rotis magnã respexit ad vrbem.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad celum vndãbat vortex: turrimq; tenebat
Turrim compactis trabibus quã eduxerat ipse
Subdiderat rotas: pontesq; instruxerat altos
Jam iam fata soror superant: abstiste morari
Quo deus et quo dura vocat fortuna sequamur

Stat cõferre manũ enee:stat quicquid acerbũ est
Morte pati:neqꝫ me indecorem germana videbis
Amplius:hunc oro sine me furere ante furorem.
Dixit:et e curru saltum dedit ocius aruis:
Perqꝫ hostes per tela ruit:mestamqꝫ sororem
Deserit ac rapido cursu media agmina rumpit.
Comparatio Ac veluti montis saxum de vertice preceps
Eum ruit auulsum vento seu turbidus imber
Proluit:aut annis soluit sublapsa vetustas
Fertur in abruptũ magno mons improbus actu
Exultatqꝫ solo siluas armenta viroscꝫ
Inuoluens secũ diuiecta per agmina:turnus
Sic vrbis ruit ad muros:vbi plurima fuso
Sanguine terra madet:stridũtqꝫ hastilibus aure
Significatqꝫ manu et magno simul incipit ore
Parcite iam rutuli:et vos tela inhibete latini
Quecũqꝫ est fortuna mea est:me versus vnum
Pro vobis fedus luere et decernere ferro:
Discessere omnes medij:spaciumqꝫ dedere.
At pater eneas audito nomine turni
Deserit et muros:et summas deserit arces:
Precipitatqꝫ moras omnes:opa omnia rumpit

Liber Duodecimus.

Leticia exultans: horrendumq; intonat armis
Quãtus athon: aut quãtus eryx: aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus quãtus gaudetq; niuali
Uertice se attollens pater apenninus ad auras.
Jam vero et rutuli certatim et troes et omnes
Conuertere oculos rutuli: quiq; alta tenebant
Menia: quiq; imos pulsabant ariete muros
Armaq; deposuere humeris: stupet ipse latinus
Ingentis genitos diuersis partibus orbis
Inter se coijsse viros: et decernere ferro.
Atq; illi vt vacuo patuerunt equore campi
Procursu rapido cõiectis eminus hastis
Jnuadunt martem clipeis atq; ere sonoro.
Dat gemitũ tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminãt: vires et virtus miscentur in vnum.
Ac veluti ingenti syla summoue taburno
Cum duo cõuersis inimica in prelia tauri
Frontibus incurrunt: pauidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutũ: mussantq; iuuence
Quis pecori imperitet: cui tota armẽta sequãtur
Illi inter se multa vi vulnera miscent
Cornua obnixi infigunt: et sanguine largo

Colla armosq; lauant: gemitu nemus oē remugit.
Haud aliter tros eneas: et daunius heros
Concurrunt clipeis: ingens fragor ethera cōplet
Iuppiter ipse duas equato examine lances
Sustinet: et fata inponit diuersa duorum
Quē damnet labor: et quo vergat pondere letum
Emicat hic impune putans et corpore toto
Alte sublatum consurgit turnus in ensem:
Et ferit: exclamant troes: trepidiq; latini:
Arrecte amborum acies: at perfidus ensis
Frangitur: in medioq; ardentem deserit ictu
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocior euro:
Ut capulū ignotum dextramq; aspexit inermem
Fama est precipitem: cū prima in prelia iunctos
Conscendebat equos patrio mucrone relicto:
Dum trepidat ferrum aurige rapuisse metisti:
Idq; diu dum terga dabant palantia teucri
Suffecit: postq; arma dei ad vulcania ventum est
Mortalis mucro glacies ceu futilis ictu
Dissiluit: fulua resplendent fragmina harena.
Ergo amens diuersa fuga petit equora turnus:
Et nunc hūc: deinde hūc incertos implicat orbes.

Liber Duodecimus

Undiq; eũ denſa teucri incluſere corona:
Atq; hinc vaſta paluſt hinc ardua menia cingunt
Nec minus eneas (quãquã tardante ſagitta
Interdũ genua impediunt: curſumq; recuſant)
Inſequitur: trepidiq; pedem pede feruidus vrget
Incluſum veluti ſiquãdo in flumine nactus
Ceruum: aut pumicee ſeptum formidine penne
Venator curſu canis et latratibus inſtat:
Ille autem inſidijs: et ripa territus alta:
Mille fugit: refugitq; vias: at viuidus vmber
Heret bians iamq; tenet ſimilſq; tenenti
Increpuit malis: morſuq; eluſus inani eſt.

Tum vero exoritur clamor: ripeq; lacuſq;
Reſponſant circa: et celũ tonat omne tumultu:
Ille ſimul fugiens: rutulos ſimul increpat oẽs:
Nomine quẽq; vocans: notumq; efflagitat enſem
Eneas contra preſens: mortemq; minatur:
Exitium ſi quiſquã adeat: terretq; trementes
Exciſurum vrbem minitans et ſaucius inſtat:
Quinq; orbes explent curſu: totidemq; retexunt
Huc illuc: nec eĩ leuia aut ludicra petuntur
Premia: ſed turni de vita et ſanguine certant

Forte sacer fauno foliis oleaster amaris

Hic steterat: olim nautis venerabile lignum

Seruati ex undis vbi figere dona solebant

Laurenti diuo et notas suspendere vestes:

Sed stripem teucri nullo discrimine sacrum

Sustulerant: puro vt possent cõcurrere campo

Hic hasta enee: stabat huc impetus illam

Detulerat fixam: et lenta radice tenebat.

Incubuit: voluitq; manu cõuellere ferrum

Dardanides: teloq; sequi quẽ prendere cursu

Nõ poterat: tum vero amens formidine turnus

Faune precor miserere inquit: tuq; optima ferrũ

Terra tene: colui vestros si semp honores

Quos contra eneade bello fecere pphanos

Dixit opemq; dei non cassa in vota vocauit.

Namq; diu luctans: lentoq; in stirpe moratus

Viribus haud vllis valuit discludere morsus

Roboris eneas: dum nititur acer et instat

Rursus in aurige faciem mutata metisti

Procurrit: fratriq; ensem dea daunia reddit:

Quod venus audaci nymphe indignata licere

Accessit: telumq; alta ab radice reuellit.

Liber Duodecimus

Olli sublimes armis animisq; refecti
Vic gladio fidens: hic acer et arduus hasta
Assistunt contra certamina martis anheli.
Junonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur fulua pugnas de nube tuentem:
Que iam finis erit cõiunx: quid deniq; restat:
Indigetem eneam scis ipsa et scire fateris
Deberi celo: fatisq; ad sydera tolli:
Quid struis: aut qua spe gelidis in nubibus heres:
Mortalin decuit violari vulnere diuum:
Aut ensem (quid eñ sine te iuturna valeret
) Ereptum redd[illegible]urno: et vim crescere victis
Desine iam tandem precibusq; inflectere nostris.
Nec te tantus edat tacitam dolor: et mihi cure
Sepe tuo dulci tristes ex ore recusent.
Uentum ad supremũ est: terris agitare vel vndis
Troianos potuisti: infandum accendere bellum:
Deformare domũ: et luctu miscere hymeneos:
Ulterius tentare vetor: sic iuppiter orsus:
Sic dea summisso contra saturnia vultu.
Ista quidẽ quia nota mihi tua magna voluntas
Iuppiter et turnum: et terras iuuita reliquit

Nec tu me aerea solam nunc sede videres
Digna: indigna pati: sed flammis cincta sub ipsa
Starē acie: traberemq; inimica in prelia teucros:
Juturnam miserō fateor: succurrere fratri
Suasi: et pro vita maiora audere probaui
Non vt tela tamen: non vt cōtenderet arcum
Adiuro stigij caput implacabile fontis
Una supstitio superis que reddita diuis:
Et nunc cedo equidē: pugnasq; exosa relinquo:
Illud te nulla fati quod lege tenetur
Pro latio obtestor: pro maiestate tuorum:
Cum iam cōnubijs pacem felicibus esto
Component: cum iam leges et federa iungent:
Ne vetus indigenas nomen mutare latinos:
Neu troes fieri iubeas: teucrosq; vocari:
Aut vocem mutare viros: aut vertere vestes
Sit latium: sint albani per secula reges:
Sit romana potens itala virtute: propago
Occidit: occideritq; sinas cum nomine troia.
Olli subridens hominum rerumq; repertor:
Es germana iouis saturniq; altera proles:
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus:

Liber Duodecimus.

Uerum agere et inceptum frustra summittere furorem
Do quod vis: et me victus volens que remitto:
Sermonem ausonij patrium mores que tenebunt:
Utque est nomen erit: comixti corpore tantum
Subsident teucri: morem ritus que sacrorum
Adijciam: faciamque omnes vno ore latinos:
Hinc genus ausonio mixtum quod sanguine surget
Supra homines: supra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos eque celebrabit honores:
Annuit his iuno: et mentem letata retorsit:
Interea excedit celo: nubemque relinquit:
His actis aliud genitor secum ipse volutat.
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis:
Dicuntur gemine pestes cognomine dire:
Quas et tartaream nox intempesta megeram
Uno eodemque tulit partu: paribus que reuinxit
Serpentum spiris: ventosas que addidit alas
He iouis ad solium seuique in limine regis
Apparent: acuunt que metum mortalibus egris:
Si quando letum horrificum morbos que deum rex
Molitur meritas: aut bello territat vrbes:
Harum vnam celerem demittit ab ethere summo

Iuppiter: ingẽs omen iuturne occurrere iussit:
Illa volat: celeriq; ad terram turbine fertur:
Hoc secus ac neruo p nubem impulsa sagitta
Armatam sęui parthus quam felle veneni.
Parthus siue cidon telum immedicabile torsit
Strides: et celeres incognita transilit vmbras.
Talis se sata nocte tulit: terrasq; petiuit
Postq; acies videt iliacas: atq; agmina turni:
Alitis in parue subito collecta figuram:
Que quondã in bustis: aut culminibus desertis
Nocte sedens serum canit importuna p vmbras:
Hanc versa in faciem turni se pectis ad ora
Fertq; refertq; sonãs: clipeumq; cuerberat alis:
Illi membra nouus soluit formidine torpor
Arrectęq; horrore comę: et vox faucibus hęsit:
At procul: vt dire stridorem agnouit: et alas
Infelix crines scindit iuturna solutos:
Unguibus ora soror fedans: et pectora pugnis
Quid nũc te tua turne potest germana iuuare:
Aut quid iam misere supest mihi: qua tibi lucem
Arte moror: tali possum me oponere monstro:
Jam iam linquo acies: ne me terrete timentem

Liber Duodecimus.

Obscene volucres: alarum verbera nosco
Letalemq; sonum: nec fallunt iussa superba
Magnanimi iouis: hec p virginitate reponit:
Quo vitam dedit eternã: cur mortis adempta est
Conditio: vt possem tantos finire dolores
Nũc certe: et misero fratri comes ire p vmbras
Jã mortales ego: haud mihi quicq; dulce meoꝝ
Te sine frater erit: o que satis ima debiscat
Terra mihi: manesq; deam demittat ad imos:
Tantum effata caput glauco contexit amictu
Multa gemens: et se fluuio dea condidit alto.
Eneas instat contra: telumq; coruscat
Ingens arboreum: et seuo sic pectore fatur:
Que nũc deinde mora est: aut q̃d iã turne retractas?
Non cursu: seuis certandũ est cominus armis
Uerte omnes te te in facies: et cõtrahe quicquid
Siue animis siue arte vales: opta ardua pennis
Astra sequi: clausumq; cava te condere terra.
Ille caput quassans non me tua feruida terrent
Dicta fero: dijs me terrent: et iuppiter hostis.
Nec plura effatus: saxum circũspicit ingens
Saxum antiquũ ingens: campo qui forte iacebat

Limes agro positus: litem vt discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent.

Qualia nunc hominum producit corpe tellus
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens et cursu concitus heros
Sed nec currentem se: nec cognoscit euntem
Tollentē ve manu saxumq; immane mouentem
Genua labant: gelidus cōcreuit frigore sanguis
Tum lapis ipse viri vacuū per inane volutus
Nec spaciū euasit totum: nec pertulit ictum.
Ac veluti in somnis. oculos vbi languida pressit
Nocte quies: nec quicq; auidos extendere cursus
Uelle videmur: et in medijs conatibus egri
Succidimus: non lingua valet non corpe note
Sufficiunt vires: nec vox nec verba sequuntur
Sic turno quacūq; viam virtute petiuit.
Successum dea dira negat: tum pectore sensus
Uertuntur varij: rutulos aspectat et vrbem
Cunctaturq; metu: telumq; instare tremiscit
Nec quo se eripiat: nec qua vi tendat in hostem:
Nec currus vsquam videt: aurigamq; sororem
Cunctanti telum eneas fatale coruscat

Liber Duodecimus.

Sortitus fortunam oculis: et corpore toto
Eminus intorquet murali concita nusquam
Tormento sic saxa fremūt: nec fulmine tanti
Dissultant crepitus: volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens: orasq recludit
Loricę et clipei extremos septemplicis orbes:
Per mediū stridens transit femur: incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite turnus:
Consurgunt gemitu rutuli: totusq remugit
Mons circū: et vocē late nemora alta remittunt.
Ille humilis supplexq oculos dextrāq precantē
Protendens: equidem merui: nec deprecor inquit:
Utere sorte tua: miseri te si qua parentis
Tangere cura potest: oro fuit et tibi talis
Anchises genitor: dauni miserere senectę:
Et me seu corpus spoliatum lumine mauis
Redde meis: vicisti: et victum tendere palmas
Ausonij videre: tua est lauinia coniunx:
Ulterius ne tende odijs. stetit acer in armis
Eneas voluens oculos dextramq repressit:
Et iā iamq magis cunctantem flectere sermo

Eneidos

Leperat infelix humero cum apparuit alto
Baltheus: et notis fulserunt cingula bullis:
Pallantis pueri: victum quem vulnere turnus
Straueratq; atq; humeris inimicū insigne gerebat
Ille oculis postq; seui monimenta doloris
Exuuiasq; hausit: furijs accensus et ira
Terribilis tu ne hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi: pallas te hoc vulnere pallas
Immolat: et penam scelerato ex sanguine sumit
Hoc dicens ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra:
Vitaq; cū gemitu fugit indignata sub vmbras.

Publij Virgilij. Maronis

Eneis opus insigne finit. Impressum Lyptzck p Arnoldum Colonienſem Anno gratie. M.cccc.xcvij.



Doc